Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Jakob Quandt David Miln

Exercitatio Rabbinico-Talmudica De Qarnôt Ham-Mizba H Ha- Hîsô Seu Cornibus Altaris Exterioris

Regiomonti: Reusner, 1714

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0001
DFG

109

Fa – 1092 (109)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0002
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0003
DFG

Fig: 1.



Fig: 2.



Fig: 3.



Fig: 7



Fig: 4.



Fig: 5.



Fig: 6.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0004
DFG

526.

בשם

Exercitatio Rabbinico - Talmudica DE קרבות המזבח החיצון SEU CORNIBUS ALTARIS EXTERIORIS,

Quam

CONSENTIENTE AMPLISS. FACULTATE PHILOSOPHICA,

IN ACADEMIA AD PREGELAM REGIA

PRÆSIDE

M. IOH. IACOBO QVANDT

Placidæ Eruditorum ventilationi subiicit

AUTOR & RESPONDENS

DAVID MILN

Reg. Prussus

Anno MDCCXIV. d. XVI. Octobr.

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.

32. 31. 33. 29. 27. 23. 22.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0005

DFG

527.

ILLUSTRISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO
ALEXANDRO

Sac. Rom. Imp. Burggravio atque Comiti

de DOHNA,

Libero Baroni a Wartenberg, Bralin, & Goschitz,

Sac. Reg. Maj. in Borussia Generali Campi Mareschallo, Ministro Status Bellici & Pacati intimo, Gubernatori Fortalitii Pillavienſis, Capitaneo Hæreditario diſtrictus Morungenſis & Liebſtadienſis, & Legionis Pedeſtris Chiliarchæ, Ordinis Boruſſ. Aquil. Nigr. Equiti,

Domino Hæreditario Terrarum Schlobitten, Schlodien, Karwinden & Kleinheide &c. &c. &c.

Mæcenati Indulgentiſſimo.

32. 31. 33. 29. 27. 23.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0007
DFG

ILLUSTRISSIME COMES!

UT ab illustri NOMINE TUO mea qualiscunque lucem decusque mutuetur Dissertatio, non indigne feret insignis illa & cunctis nunquam verborum lenociniis satis prædicanda Indulgentia; quæ ut siderum Princeps Sol non altos tantum montes procerasque colluſtrat turres, sed ne humiles quidem casas, imasque valles benigno dedignatur vultu. Quodsi olim prehendisse ararum cornua, non solum apud gentem DEO sacram, sed & plures orbis terrarum populos salutis Præsidiique signum fuit certissimum; & ego in publicum proditurus, ad *Gratiæ Tuæ* aram supplex confugio, ea qua par est observantia rogans, ut me MÆCENAS BENIGNISSIME exoptatissimæ mihi gratulationis compotem facias, hancque devotæ mentis tesseram æque bonique consulas. Cuius enim hanc de Cornibus Altaris Diatribam potius quam *Tuæ*, manu menteque devota committerem *Tutelæ? Cornu* qui es Patriæ, ad summa quippe Patriæ admotus gubernacula. Bonis avibus *Per-Illustris Stemmatis* Cervorum Cornua indicio esse videntur TE COMES ILLUSTRIS.

STRISSIME, ILLUSTRISSIMÆ DOMUS BURGGRAVIORUM DE DOHNA, *Cornu* esse splendidum, hoc est decus atque Ornamentum incomparabile. Enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace, alium toga sed non & arma honestarunt: postremo adhuc nemo extitit, cuius Virtutes nullo vitiorum confinio læderentur. At MÆCENATI NOSTRO quanta Concordia, quantusque concentus omnium Laudum, omnisque Gloriæ contigit? Mirifica enim Tua, singularique in fovendis Literis artibusve Benignitate, æque ac Tua Virtute & Laude bellica maximis rebus gestis parta, ex utroque Te exhibes Cæsarem; summaque erga DEum pietas, optima in *PATRIÆ PATREM* & Rempublicam Sago Togaque merita, summo TE honoris culmine mactarunt & fastigio. Quin & TE publicæ salutis & Tranquillitatis esse *Cornu* inconcussa prodis argumenta. Quibus enim res est angusta domi curtaque suppellex ad TE MÆCENAS OPTIME, ut olim Athenienses, tanquam ad Misericordiæ Aram properant, volitant. Et quamvis TIBI tot Reipublicæ curis occupato vix respirandi concedatur Potestas, nemini tamen blandum *Tuum* denegas *Vultum*. Hac in parte vestigia premere in animum induxisti Summi Græcorum Ducis Miltiadis, de quo emunctioris nasi Auctor Cornelius Nepos refert: *Illius Auctoritatem apud omnes Civitates magnam fuisse, & coniunctam cum summa humanitate & tam mira comitate, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret.* Quibus de causis Summum veneror Numen, ut *Te, Decus Heroum, humani generis Delicium*, ILLUSTRISSIME COMES

MES, Regni & Ecclesiæ columen maxime conspicuum, in utriusque maiora incrementa diu salvum & sospitem servet, bono Clientum subiectissimorum, in quorum albo & ego dignitate & censu plerisque impar, submissa vero animi devotione nemini secundus nomen profiteor. Summum illud *Salutis Cornu* quod *Cornu* Tuum hoc est gloriam generis tot imaginum splendore conspicui, nec annos sed secula numerantis ad tantum fastigium evexit, æternum illud iubeat esse, *Cornu* (roboris quippe inconcussæque firmitatis frequentissimum Hieroglyphicum) ut non in Tua solum DOMINE ILLUSTRISSIME Persona novum subinde capiat Incrementum, sed in seris quoque Nepotibus magis magisque surgat. Sint TIBI Gnati ut Genere ita & Gloria congeneres, qui Paternam & Avitam Gloriam Illustrissimam, cum Nomine Per-Illustri indies reddant immortalem. Ita pro TUA TUÆque ILLUSTRISSIMÆ DOMUS Incolumitate calamo menteque devota precatur

ILLUSTRISSIME COMES

Nomini Tuo Illustrissimo

æternum devotus

DAVID MILN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0010
DFG

529.

בס"ד

DE

CORNIBUS ALTARIS EXTERIORIS

PROOEMIUM.

QUum primum animum ad scribendum appuli, id mihi negotî credidi solum dari, B. L. ut placeret quam elaborassem Exercitationem. Evenire autem intellexi, ut vitio dent Autoribus in dissertationibus scribundis operam abutentibus, quod ab aliis non ita disimili sint argumento factæ atque stylo. Ne igitur & meum vituperent factum atque in eo disputent, continuo tunc ego mecum quod eligerem argumentum nec tritum nimis, nec eruditis ingratum. Cogitanti non incommode se obtulit de Cornibus Altaris exterioris Argumentum, eo selectum a me lubentius, quo partim neminem in hoc dicendi genere totum occupasse animum certior factus, partim haud exiguam Scripturæ partem, variis obsitam difficultatibus sub divum rapi posse edoctus essem. Plurimum me Rabbinorum adiutum monumentis confiteor; horum enim ni manu trivissem volumina, tibi fortasis descriptionem suppeditassem a mente Scripturæ S. & antiquitate satis alienam. Nec curo inanem quorundam scripta Rabbinorum flocci facientium cavillationem, qui mihi vitio vertant, quod divina oracula scriptis iungam Talmudicis, nugis fabulisque scatentibus. Hi velim maledicere porro desinant, ingenium ne noscant suum, & dum me accusant, Lightfootos, Hottingeros, Empereuros, Pfeifferos, Edzardos, Relandos, Dassovios accusent,

quos Autores habeo, passim N. T. e scriptis Rabbinorum exponentes. Horum ergo tota via errantium flocci habendum duxi Iudicium & Rabbinorum exoptavi æmulari negligentiam potius, quam istorum obscuram diligentiam. En igitur primas studiorum philologicorum primitias, quas, cum lucernam non oleant latere maluissem; Oleum tamen me non perdidisse rebar, si vel solis Mæcenatum Promotorumque calcar studiis meis addentium, & specimen studiorum postulantium monitis annuerem. Primam equidem huic cum admoverem labori manum, in animum induxeram quædam de cornibus altaris suffitus addere, tum ob materiam argumenti haud dissimilis, tum ob summam utriusque aræ convenientiam. Verum materia dissertationis molem excedere videbatur, coactusque mutare mentem, meditata de Cornibus Altaris Holocaustorum e Iudæorum scriptis ob oculos pono, interspersis haud raro ritibus apud gentiles Hebræis parallelis. Tu verò L. B. fave, æquo adesto animo, rem cognosce, ut pernoscas, ecquid spei sit reliqvum.

§. I.

Ut a nomine ducam exordium, notandum Vocabulum קרן æque in sacris ac profanis literis varias ferre significationes; Denotat etenim proprie Cornu ut Gen. XXII. 13. Metaphorice vero denotat (1.) POTENTIAM ut Deut. XXXIII. 17. Ps. CXLVIII. 14. Ps. CXII. 9. Robur quippe animalium in cornibus situm

Sentit enim vim quisque suam, quam possit abuti
Cornua nata prius vitulo quam frontibus exstent,
Illis iratus petit, atque infensus inurget.

ut ait *Lucretius* L. V. p. 690. *Speciatim* vero קרן Regnum validum atque potens significat, cujus Maiestas Potentia nititur, ut Dan VII. 7. 8. 24. & VIII. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 1. Sam. II. 10. Ps. LXXXIX. 18. *R. David Kimchi* idcirco Ps. LXXXIX. 18. קרן

קרן per מלכי ישראל *Reges Iſrael* Pſ. CXXXII. 17. verò per מלכות *Regnum* παραφράζει. Quam ſignificationem quidam exinde eſſe ortam volunt, quod Reges olim, oleo fuſo e vaſe cornuto ungi ſolerent. Conf. *R. Moſes ben Maimon.* Hilcos Kele hammikd. cap. I. & Hil. Melach. c. I. §. 8. *Joſeph. Voiſin* Obſerv. ad Pug. fidei p. 247. *Johannes Seldenus* L. II. de Succeſſ. in Pontif. cap. IX. *Petr. Cunæus* lib. I. de Rep. Hebr. c. XIV. p. 121. ſeqq. *Balth. Scheidius* de Oleo unctionis P. II. §. 12. *Wilh. Schickardus* in Jure Reg. Hebr. c. I. Theor. IV. p. 68. *M. Chriſtianus Zoega* Diſſ. de Unct. Sac. Summi c. II. §. III. Cornu etiam gentilibus potentiæ ſymbolum fuiſſe, veterum loqvuntur Monumenta. Inde enim natus mos Veteribus fluvios cornutos pingendi, taurosque mari itemque fluviis immolandi, prout hanc rituum horum reddit rationem *Euripidis Scholiaſtes* ad Oreſtis verſ. 1380. & *Euſtathius* ad Homeri Iliad. Φ. v. 237. Aſtarten Phœnicum Reginam taurinum caput, Regium inſigne geſtaſſe e Theologis Phœnicum refert *Euſebius* L. I. Præpar. Evangel. c. ult. ἡ δὲ Ἀσάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου, *i. e. bovis caput, capiti ſuo impoſuit Aſtarte regni inſigne.* Ægyptios Iſidis imaginem bubulis cornibus ornatam pinxiſſe teſtatur *Herodotus* L. II. 41. τὸ γὰρ τῆς Ἴσιος ἄγαλμα ἐὸν γυναικήιον βούκερών ἐστι, καθάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰῶ γράφουσι. vid. *Diodorus Siculus* L. I. 11. *Strabo* Geographiæ L. XVII. *Plutarchus* de Iſide & Oſiride T. II. Opp. p. 601. *Laur. Pignorius* Expoſitione Menſæ Iſiacæ p. 30. Et Iovi Ammonio ob potentiam regiam antiquos cornua tribuiſſe *Phæſtus* Auctor eſt:

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε, κέκλυθι μαντι.
Jupiter Libyæ Ammon Cornute, audi Vates.

Nec non *M. Annæus Lucanus* L. X. Pharſaliæ verſ. 514.

Ventum erat ad Templum, Lybicis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent: ſtat Corniger illic
Jupiter, ut memorant; ſed non aut fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tertia cornibus Ammon.

Effigiem hujusmodi apud Megalopolitanos Arcadas obſervat *Pauſanias* L. VIII. Ἄγαλμα Ἄμμωνος πρὸς τῇ οἰκίᾳ τοῖς τετραγώνοις ἑρμαῖς εἰκασμένον κέρατα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχον κριοῦ. *Ammonis ſimulacrum domum quadratis Mercuriis, ſeu columnis ſultam referens.*

Arietis cornua gestat. Unde *Ezech. Spanhemius* Dissert. V. de Usu Numism. antiq. p. 353. observat, in denariis aliquot gentium Romanarum, & pluribus nummis Ægyptiis sub Traiano, Hadriano, Antoninis cusis, occurrere aliquoties Serapidis aut Iovis Ægyptii caput cornu arietino, ad Græci Ammonis formam pictum. Alexander M. qui Iovis Ammonis filius dici avebat iuxta *Curtium* L. IV. c. VII. arietum induit cornua, iussitq; se κεράσφορον ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, *cornibus fingi à statuariis.* Et Cornu aureum triginta cubitorum coronæ loco in pompa Ptolomæi Philadelphi prælatum, refert *Athenæus* Deipnos. L. V. fol. 202. Vid. *Car. Paschalius* de Coronis L. X. c. IV.

§. II.

Cum cornua præcipua animalium sint ornamentā, vocabulum קרן (2.) GLORIÆ & HONORIS significationem exinde mutuatur. Ita enim Iobus c. XVI. 15. עללתי בעפר קרני i. e. *Kimchio* in ספר שרשים sub voce קרן exponente & Chaldæi vestigia premente: *Redactus sum in pulverem splendorem & honorem meum:* Et Thren. II. 3. Jeremias גדע בחרי אף כל קרן ישראל *Succidit*, inquit, *in æstu iræ totum cornu Israel*, quæ verba Targum sic interpretatur: קצץ בתקוף רגז ית כל יקרוה דישראל *Amputavit in æstu iræ omnem Israelis gloriam.* Comprobant hæc Rabbini suo in Medrasch Echa Rabbati fol. LXXII. col. III. calculo, Israelitis decem cornua tribuentes, quæ quoniam nobis memoratu digna visa heic subiungimus: גדע בחרי אף כל קרן ישראל עשר קרנות הן קרנו של אברהם קרנו של יצחק קרנו של יוסף קרנו של משה קרנה של תורה קרנה של כהונה קרנה של לויה קרנה של נביאה קרנו של בית המקדש קרנו של ישראל ויש אומרים קרנו של משיח קרנו של אברהם שנאמ׳ כרם היה לידידי בקרן בן שמן קרנו של יצחק שנ׳ נאחז בסבך בקרניו קרנו של יוסף שנא׳ וקרנו ראם קרניו קרנו של משה דכתיב כי קרן עור פניו קרנה של תורה דכתיב קרנים מידו לו קרנה של כהונה דכתיב קרנו תרום בכבוד קרנה של לויה שנא׳

כה

כל אלה בנים לחימן חוזה המלך ברברי האלהים
להרים קרן קרנה של נבואה דכתיב רמה קרני בה
קרנו של בית המקדש דכתיב ומקרני רמים עניתני קרנו
של ישראל שנאמר ויהם קרן לעמו ויש אומרים קרנו
של משיח שנאמר ויתן עז למלכו וירם קרן משיחו וכולן
היו נתונות בראשן של ישראל וכיון שחטאו נטלו מהן
הדא הוא דכתיב גדע בחרי אף כל קרן ישראל

i. e. *Amputavit DEus in ira furoris omne cornu Iſraelis. Intelliguntur heic decem cornua, nempe cornu Abrahami, cornu Iſaaci, cornu Joſephi, cornu Moſis, cornu legis, cornu ſacerdotii, cornu Leviticum, cornu Prophetiæ, cornu ſanctuarii, cornu Iſraelis; ſunt qui addunt cornu Meſſiæ. De cornu Abrahami. Eſ V. 1. Vinea fuit dilecto meo in cornu filii olei. Cornu Iſaaci Gen. XXII 13. Detentus in vepreto cornibus ſuis. Cornu Ioſephi Deut. XXXIII. 17. Et Cornu Monocerotis cornu eius. Cornu Moſis Exod. XXXIV. 29. In modum cornuum radiabat cutis faciei eius. De cornu legis Habac. III. 4. & duo cornua de manu eius. De cornu ſacerdotii Pſ. CXII. 9. Cornu eius exaltabitur in gloria. De cornu Levitico dicitur 1. Paralip. XXV 5. Omnes iſti filii Heman Prophetæ Regis in verbo DEi ad exaltandum cornu. Cornu Prophetiæ innuitur 1. Sam. II. 1. Exaltatum eſt cornu meum. Cornu Sanctuarii Pſ. XXII. 22. Et de cornibus unicornium reſpondiſti mihi. Cornu Iſraelis Pſ. CXLVIII. 14. Exaltavit cornu populi ſui. Qui vero Meſſiæ cornu addunt, allegant dictum 1. Sam. II 10. Nam dabit fortitudinem Regi ſuo, & exaltabit cornu Meſſiæ ſui. Omnia illa cornua impoſita fuerunt capitibus Iſraelitarum. At poſtquam peccaverunt, ablata ſunt ab illis, ſecundum id quod dictum eſt Thren. II. 3. Amputavit in ira furoris omne cornu Iſraelis.* Gentiles itidem Deorum Dearumque ſimulacra in ſignum honoris cornibus ornabant. Pan Paſtorum DEus hirtis cornibus ab *Alexand. ab Alexandro* deſcribitur L. IV. Genial. Dier. c. XII. p. 1022. *Panos ſimulacrum caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus, pectore ſideribus radiante infima ſui parte hiſpida & caprino pede fuit: altera manu fiſtulam tenens, altera pedum incurvum.* Et a *Silio Italico* L. XIII. de bello Punico v. 326. ſeqq.

Pan

Pan Jove missus erat servari tecta volenti
Troia, pendenti similis Pan semper, & imo
Vix ulla inscribens terra Vestigia cornu.
Dextera lascivit cæsa Tegeatide capra
Verbera læta movens festa per compita cauda
Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus
Ac parva erumpunt rubicunda cornua fronte.

Bacchus a *Sophocle* apud *Strabonem* L. XV. p. 415. βύκερως, ab *Euripide* in Bacch. Act. I. v. 100. ταυρόκερως θεὸς appellatur, ab *Horatio* vero L. II. Carminum Ode XIX. v. 29. Aureo cornu fingitur decoratus.

Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens
Caudam, & recedentis trilingvi
Ore pedes tetigitque crura.

Apollinem cornibus ornatum *Alexander ab Alexandro* refert L. IV. genial. dier. c. XII. p. 1024. Non vero solum Dii sed etiam Deæ gentilium cornibus pingebantur. Juno enim in picturis antiquis radiante capite cornuum instar apparet. Conf. *Io. Nicolai* de Nimbis Antiquorum cap. III. p. 32. & Venerem cornutam narrat *Alex. ab Alexandro* L. III. c. XII. p. 696.

§. III.

Radiorum lucis & cornuum maxima est similitudo, hinc קרן (3.) etiam pro RADIO usurpatur, ut Habac. III 4 ונגה כאור תהיה קרנים מידו לו *Splendor tanquam lucis adfuit cornuaque ad latus eius.* Inde verbum קרן splendorem radiis cornuum ad instar acuminatis emicare deducitur, quamobrem Exod. XXXIV. 29. ומשה לא ידע כי קרן עור פניו Interpretibus quibusdam *Hieronymo* nempe *Aquila* & *Vulgata* significatio hæc verba dedisse videtur. *Hieronymus* enim in Amos c. VI. T. VI Opp. f. 81. Aquilam secutus (qui ante Exod. XXXIV. 29. verterat κερατώδης ἦν) vertit: *Moses ignorabat cornutam factam esse cutem faciei sua*, ita & Vulgata: *Quod cornuta facies ejus.* Hinc error pictorum natus, qui Mosi cornua affingunt, Iudæisque risum movent, ubi vident Christianos imperitia lingvæ eo delabi, ut credant Mosen Satyro non absimilem fuisse. A Vulgata vero, si Hieronymum

&

& Aquilam excipias, dissentiunt cæteri Interpretes, qui קרן de splendore faciei Mosis luculento interpretantur. Ita enim *Targum Onkelos* ארי סני זיו יקרא דאפוהי *Moses nesciebat tantum faciei suæ splendorem*, nec non *Targum Hierosolymitanum* ארי שבוחי זיוהון דאפי *Quod lucidus esset splendor faciei suæ.* Consentiunt LXX. qui verba Mosis vertunt: ὃτι ἤδει, ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις. Splendorem enim in facie Mosis cœli instar fuisse, *Aben Ezra* Comment. in h. l. fatetur: ומשה לא ידע כי קרן עור פניו בדברו אתו הטעם ברבר אתו השם וזה בעבור שנראה הכבוד על פניו על כן הזהירו כזהר הרקיע *Moses nesciebat in modum cornu splendere faciem suam cum loqueretur cum eo.* (scil. Dominus) *Factum hoc, quoniam visa fuit gloria DEi in facie eius, ideo splendidam fecit eam ad instar splendoris cœli.* Falsam ideo & insulsam *Lippomannus* Comment. in h. l. eorum iudicat sententiam, qui cornua in facie Mosis fuisse arbitrantur: *Non inquam, quod* (Moses) *in facie cornua habuerit* (*nam ita sentire dementia esset*) *sed quod radii splendoris clari ac fulgidi e facie eius prodeuntes in modum cornuum emicuerint, sicut & radii a sole derivati speciem cornu præ se ferunt.* Vid. *R. Salomo* ut & *R. Levi ben Gerson* in h. l. Album vero ut aiunt lapillum Paulus illorum adiicit sententiæ, qui censent gravitatem quandam in vultu Mosis solito augustiorem visam. II. Cor. III. 7. enim, εἰ δὲ, inquit, ἡ διακονία τῦ θανάτυ ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις ἐγενήθη ἐν δόξῃ ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τὺς υἱὺς Ισραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως ΔΙΑ ΤΗΝ ΔΟΞΑΝ τῦ προσώπυ αὐτῦ. Vestigiis itaque Pauli insistentes verisimiliter asserimus, splendorem faciei Mosis, radios fuisse, coronæ instar vultum eius regio decore ambientes. Probat sententiam nostram (1.) Proprietas verborum קרן עור פניו quæ hunc fundunt sensum: *Tota Mosis facies cornuum instar radiavit.* Si itaque tota Mosis facies, & vultus latera undiquaque in gyrum radiarunt, radios circulum coronæ similem faciem Mosis ambientem formasse, veritati consentaneum est. Fuit huius formæ aurea nubes, qua Pallas apud *Homerum* Iliad. Σ. vers. 205. caput Achillis cinxit:

Ἀμφὶ

Ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλὴν νέφος ἔσεφε δῖα θεάων
χρύσεον ἐκ δ' αὐτῆς δαῖε φλόγα παμφανόωσαν

h. e. *Circumquaque caput eius nubem cinxit diva Dearum auream & ex ipso incendebat flammam undique lucentem.* (2.) Moſes Deut. XXXIII. 5. Rex in Ieſchurun audit. Unde *Maimonides* in Hilcos Bes Habbechira Cap. VI. §. XI. משה רבינו מלך היה *Moſes*, inquit, *Doctor noſter Rex fuit.* Et *R. Iſ. Abarbanel* Procem. in Libr. Iudicum fol. XL. col. 1. וכבר העירו חז"ל לזה אמרו ויהי בישורין מלך זה משה *Hoc etiam dudum adverterunt Doctores noſtri, nam ſcriptum eſt Deut. XXXIII. 5. Erat in Iſrael Rex: hic Moſes eſt.* Inde fortaſſis etiam *Philo* anſam arripuit Moſen ἄριστον βασιλέα καὶ νομοθέτην *optimum regem & legislatorem* appellandi. L. II. de Vita Moſis p. 655. Regnandi etiam artes, quas Moſes exercuit, exponunt *Clemens Alexandrinus* Strom. Lib. I. p. 346. & *Philo* de Vita Moſis L. II. p. 656. ſeqq. Nullum autem Diadema, quo DEus regiam eius maieſtatem populo ſignificavit, reperimus niſi Δόξαν illam, qua facies eius tanta radiavit gloria, ut totus exercitus eum intueri fuerit veritus. (3.) Coronarum uſum eſſe antiquiſſimum inde patet, quod Doctores Talmudici in *Ioma* c. VII. fol. LXXII. col. 2. trium coronarum faciant mentionem, quarum primam Aaroni, ſecundam Davidi, tertiam vero legi tribuunt. Refert hæc *Maimonides* in Hilc. Talm. Thora cap. III. §. I. בשלשה כתרים נכתרו ישראל כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות כתר כהונה זכה בה אהרון שנ' וחיתה לו ולזרעו אחריו ברית כהנת עולם כתר מלכות זכה בו דוד שנ' זרעו לעולם יהיה וכסאו כשמש נגדי כתר תורה הרי מונח ועומד ומוכן לכל ישראל שנ' תורה צוה לנו משה מורשה קהלת יעקב כל מי שירצה יבא ויטול שמא תאמר שאותם הכתרים גדולים מכתר תורה הרי הוא אומר בי מלכים ימלוכו ורוזנים יחקקו צדק בי שרים ישורו h. e. *Tribus coronati ſunt coronis Iſraelitæ, corona legis, corona ſacerdotii & corona regni. Coronam ſacerdotii meritus eſt Aaron,*

Aaron, quemadmodum dicitur Num. XXV. 13. Erit ei ac semini eius post eum fœdus sacerdotii perpetui. Corona regni dignus fuit David iuxta Ps. LXXXIX. 36. (Semel iuravi per sanctitatem meam Davidi non mentiar!) Semen eius in seculum fore & solium eius ut Solem coram me. Corona vero legis oblata atque concessa est omnibus Israelitis, dicitur enim Deut. XXXIII 4. Legem præcepit nobis Moses in hæreditatem congregationi Iacob; cuicunque est animus veniat eamq; suscipiat. Ne autem forte putes priores coronas antecellere coronam legis, ecce ipsa loquitur Prov. VIII. 15. Per me reges regnant & dominatores decernunt iustitiam. Conf. de triplici hac corona *R. Simeon* in Pirke Abhos cap. IV. Mischna XIII. *R. Is. Abarbanel* in Nachalas Abhos f. CXXIX. col. 1. & *Io. Bened Carpzovius* notis in *Wilh. Schickardi* Ius Regium Hebr. c. IV. Theor. XII. p. 224. Sunt & emunctioris nasi Critici, qui coronarum originem a gentilium Diis derivant. Uti enim *Pignorio* referente in Mensæ Isiacæ expositione p. 46. antiquitas consvevit res hominum opinione religiosas & augustas, quibusdam veluti notis insignire per quas iis aliqua dignitas accederet. Ita *Tertulliano* teste lib. de coron. milit. p. 161. antiquissimi Deorum gentilium, Saturnus, Iupiter, Priapus, Isis primo coronis fuerunt ornati; Unde & *Tertullianus* coronas, quas christianis militibus ethnici præbebant gestandas prohibuisse fertur, quod a Diis gentium originem suam habeant. Bachum vero primum coronam ex hedera gestasse, *Plinius* Auctor est L. XVI. Hist Nat. c. IV. Nam ille de coronis loquens: *Ferunt*, inquit, *primum omnium Liberum Patrem imposuisse capiti suo coronam ex hedera. Postea Deorum honori sacrificantes sumsere, victimis simul coronatis. Novissime & in sacris certaminibus usurpatæ.* Gentiles ergo Mosaicam doctrinam infinitis obducturi fabulis per Bachum Mosen indigitarunt Mosenque primum coronarum repertorem agnoverunt, quod erudite observant *Gerh. Ioh Vossius* L. I de Idololatr. c. XXX. & seqq. *Petr Dan Huetius* Demonstrat. Evangel. Propos. IV. §. III. *Ludovicus de Prez* not. in Horatium p. 234. & *Casp. Calvör.* Diss. III. de radiante Vultu Mosis p. 108. Quodsi itaque Moses primus omnium coronam gestavit, nullibi autem mentio fit, eum fascia alia fuisse ornatum, faciem Mosis radios coronæ similes sparsisse merito iudica-

mus. Novam quidem nuperrime de radiante vultu Mosis sententiam orbi exposuit erudito Cl. *Herm.* von der Hardt in Ephem. Philol. Disc. X. p. 126. seqq. existimans Mosis faciem ardore devotionis inflammatam, populum vero non tam e splendore faciei Mosaicæ, quam conscientia mala convictum mala sibi ominatum esse. Verum hanc sententiam nullam veritatis præ se ferre speciem & a mente Sp. S. esse alienam erudite ostendit *Casp. Calvörius* in Gloria Mosis Diss. III. c. II. qui & serram disputationis cum *Hermanno* von der Hardt reciprocavit. Plura de facie Mosis cornuta dabunt Iudæi in *Sepher Rabbos* in l. c. *R. Salomo* in h. l. *R. Bechai* Comm. in Exod. XXXIV. 29. *R. Levi* in Gur Arieh fol. 117. col. 4. Ezech. *Spanhemius* Diss. V. de præst. & usu numism p. 369. *Raphael Triquetus du Fresne* in Epistola ad Clar. Segvinum Paris. 1658. apud I. Gronovium T. X. Thes. Græc. Antiq. p. 569. *Ant. Borremansius* Variar. Lection. c. XIX. *Sixtus Senensis* Biblioth. Sanctæ L. V. annotat. CXVI. p. 464. *Christoph. Crinesius* in Babel p. 126. *Sixt. Amama* Antibarb. Bibl. p. 361. Cæterum & gentibus antiquissimis cornua notæ radiorum fuere. Gentiles enim cornua pinxerunt, solis radios indicaturi, quia radii Solis sunt flexiles, & quasi cornua videntur. Hammonem, quem Deum solem Lybyes existimant (Hammon ab Hebræorum חמה deducentes) arietinis pictum cornibus, narrat *Macrobius* L. I. Saturn. cap. XXI. nec non *Geusius* de victimis humanis Part. I. p. 87. Et Astarti quidam non ob potentiam regiam cornua apposita fuisse existimant, sed quod veteribus lunam denotaret, ita *Abarbanel* ad Ierem. VII. & XLIV. *Gerh. Io. Vossius* L. II. Theologiæ gentil. cap. XXII. *Lucianus* de Dea Syria, T. II. Opp. p. 677. nec non alii. Conf. Cl. *Dn. Præsidis* Observ. MSSæ in Lucianum de Dea Syria Observ. VI. Apollo imberbis iuvenis radiante pingebatur capite. *Lucianus* de sacrificiis T. I. Opp. p. 367. Ἀναπλάττουσι γενειήτην μεν τὸν Δία, Παῖδα δὲ ἐς ἀεὶ τὸν Ἀπόλλωνα, *exprimunt autem barbatum Iovem, semper vero puerum Apollinem.* Quod etiam *Plutarchus* monuit lib. de EI. Delph. T. II. Opp. fol. 389. ἀγήρω τε τῶτον ἀεὶ καὶ νέων, ἐκεῖνον δὲ πολυειδῆ καὶ πολύμορφον ἐν γραφαῖς καὶ πλάσμασι δημιουργῶσι. *Atque hunc* (Apollinem) *senectutis expertem ac semper iuvenem, illum autem* (nempe Bachum) *mul-*

multiplici forma pingunt ac fingunt. vid. *Callimachi* Hymnus in Apollinem vers. 36. & 37. Poetæ autem Apollinem perpetuo iuvenem finxerunt, quoniam semper eundem ætatis vigorem sol obtinet, neque unquam conseneſcit, intonſum vero ad denotandum radiorum ſolis undiquaque ſparſorum copiam, Nam iuxta *Tibullum* L. V. v. 118.

Solis æterna eſt Phœbo Bacchoque iuventus
Et decet intonſus crinis utrumque Deum.

§. IV.

Quarta denique vocis קרן ſignificatio eſt, quod denotet EXTREMITATEM quamvis ſive LOCUM EMINENTIOREM, quia animalia cornua in fronte eminentiori corporis parte gerunt. Ita קרן pro Regione eminentiore uſurpatur Ieſ. V. 1. כרם היה לידידי בקרן בן שמן *Vinea eſt dilecto meo in cornu oleoſo.* *Abarbanel* Comment. in Ieſaiam c. V. fol. XII. col. II. בקרן בן שמן ותרגם יונתן בטור רם בארע שמניא רוצה לומר שהיה הכרם הנוטע בהר לא בשפלה וקרא מקום הגבהות קרן לפי שהקרן הוא האבר הגבוה מהבעל חי וידוע שארץ ישראל היה גבוה מכל הארצות *Dicit Scriptor ſacer* בקרן בן שמן *quæ Ionathan interpretatur* בטור רם בארע שמניא *h. e. quod vinea fuerit in monte non vero in valle poſita. Locum altum vero cornu nominat, quoniam cornu animalis ſummum eſt membrum; conſtat præterea terram Iſrael omnibus regionibus fuiſſe eminentiorem.* *R. Simeon* in Ialkut P. II. fol. XLII. col. II. e Cod. Siphre כרם היה לידידי בקרן מה שור אין בו גבוה מקרניו אף ארץ ישראל גבוה מכל הארצות *Vinea fuit dilecto meo in cornu. Quæ bovis eſt ratio? non eſt ei membrum ullum cornibus excelſius, ita etiam Iudæa omnium Regionum fuit altiſſima.* Unde & קרן per ראש *caput* vertit *R. Dav. Kimchi* in Pſ. LXXV. 5. Et *Iuſtinus Martyr* in Dialogo cum Tryphone extremitates crucis Chriſti cornua appellat: Ὄρθιον τὸ ἐν ἑστὶ ξύλον

ξύλον ἀφ' ὃ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερῃμένον ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἑνὶ ὡς κέρας καὶ αὐτὸ σὺν τοῖς ἄλλοις κέρασι συνεχηματισμένον. κέρατι παρεξεογμένα τὰ ἄκρα φαίνηται· καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον, ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστι, ἐπ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι καὶ βλέπεται. *Rectum unum est lignum, unde summa pars in cornu sublatum est, quum aliud lignum ei adaptatum fuerit, & utrinque tanquam cornua uni isti cornu adiuncta, extremitates apparent. Et quod in medio impactum est instar cornu & ipsum eminet, in quo vehuntur, qui crucis supplicium subeunt, & conspicitur ut cornu illud ipsum quoque cum aliis cornibus conformatum.* Apud Autores profanos pars exercitus prominens cornu vocatur. Thraso apud *Terentium* in Eunucho Act. IV. Scen. VII. *Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrum. Apulejus* de mundo: *Equites cornibus præsunt.* Conf. *Florum* L. IV. c. II. Extremitates arcus *Virgilio* dicuntur cornua, ut L. XI. Æneidos v. 772. & 773. Et L. III. v. 548. & 549. extremitates antennarum dicuntur cornua.

Haud mora: continuo perfectis ordine votis
Cornua velatarum obvertimus antennarum.

Ubi cornibus antennarum videntur respondere ἀκροκέρασια, quæ antennarum sunt extremitates. Vid. *Io. Schefferus* de Militia navali Veterum L. II. C. V. p. 142. & *Scholiast. Homeri* Iliad. Σ. Hinc veteres fluvios appellarunt cornutos, qui sese diducunt & exonerant in geminas pluresve extremitates sive alveos; Rhenum *Virgilius* L. IX. Æneidos dixit *bicornem*, *Valerius Flaccus* L. I. v. 106. *elatis cornibus amnem*, & *Pomponius Mela* de S. O. L. II. c. IV. Italiam in duo dicit findi cornua. Ex his quæ observavimus manifestum est, quam ob causam supremæ aræ partes Exod. XXVII. 2. c. XXXVIII. 2. c. XXIX. 12. ut & alibi קרנות cornua audiant: quoniam nempe על ראש המזבח sive *in vertice altaris* fuerunt partes eminentes. Sententiæ huic *Abarbanel* accedit Comment. in Exodum fol. CXCVI. ואמר ועשית קרנותיו על ד' פנותיו להגיד שיעשה ד' קרנות על ארבעה זויותיו ונקראו קרנות מפני שהיו בולטות לצד מעלה כמו קרנו

i. e.

i. e. *Dicit* (DEus ad Mosen) *Parabis cornua eius in quatuor angulis, ad indicandum, quatuor paranda esse cornua super* (altaris) *quatuor angulis. Dicuntur vero cornua, quia superne e lateribus altaris prominebant & cornuum instar protuberabant.* Quamvis vero non aræ tantum prominentiæ, verum & anguli quivis apud Autores hebræos nomine קרנות veniant, & idem quod זויות denotent, quemadmodum ex *Middos* Cap. IV. Mischna III. & V. *Succah* fol. 8. *Cetubhos* fol. CXI. *Sanhedrin* fol. CXII. colligimus; Per cornua tamen altaris hic angulos non esse intelligendos e delineatione cornuum patebit, quam §. IX. suppeditabimus.

§. V.

Tradita vocis notatione ipsum porro ostii lumen tangere & cornua paulo diligentius rimari animus est. Ac primum quidem se offerunt cornua Altaris Mosaici Exod. XXVII. 2. descripta ועשית קרנותיו על ארבע פנותיו ממנו תהיין קרנותיו וצפית אותו נחשת *Facies etiam illi cornua, super quatuor angulis eius, ex ipso sunto cornua eius & obduces illud (altare) ære.* Iubentur hic cornua fieri ממנו i. e. *ex altari*; Unde cornua ex altaris materia fabricata colligimus, eandemque & cornuum & altaris fuisse materiam, licet aliter sentiat *Christ. Noldius* in not. ad Concord. Partic. not. 1642. Primam legem, quam DEUS Mosi de ara holocaustorum exstruenda scripsit Exod. XX. 21. notatam reperimus מזבח אדמה תעשה לי וזבחת עליו את עלתיך ואת שלמיך את צאנך ואת בקרך *Altare terreum facies mihi, ut sacrifices super illo holocausta tua, eucharisteria tua, greges tuos & armenta tua.* Mosis altare cur hic terreum audiat? non eadem est Eruditorum sententia. *Abarbanel* altari nomen hoc impositum existimat, quod DEO non tantum res magni pretii, verum & minoris momenti curæ cordique sint. Ita enim Comment. in Exod. XX. מזבח אדמה תעשה לי ואין זו מצוה אלא הגדת העתיד כלומר עתיד אני לצוותך שתבנה מזבח לשמי ויהיה מעפר האדמה כי רם יי ושפל יראה לא בזהב וכסף כי אם מאדמה

מזבח אדמה *Altare terreum mihi facies.* (*Non sunt verba hæc præcepti divini, sed quid futurum esset indicant, q. d. Præceptum tibi dabo futuro tempore, ut ædifices nomini meo altare, eritque e pulvere terræ, quamvis enim excelsus sit Iehovah, depressa tamen respicit* (Ps. CXXXVIII. 6.) *non ergo aureũ aut argenteum sed terreum vult altare.* Alii, inter quos *R. Levi ben Gerson*, *R. Mose ben Maimon*, *R. Abraham* in Schilte Haggibborim, f. XXII. *Valent. Schindlerus* in Lexic. pentagl. p. 167. ut & *Melchior Leydekkerus* de Republica Hebræorum T. I. fol. 508. nomina profitentur, altare hoc אדמה sive Ἐπίγειον dici autumant, quod terræ fuerit contiguum. Ita enim *Ralbag* Comment. in Exod. XX. מזבח אדמה תעשה לי ר"ל שיהיה מחובר לקרקע שלא תבנהו על גבי כיפין ולא על גבי עמודים כדי שלא תתן התנשאות ורוממות למה שתעבוד בו השם יתע' כי זה הוא יביא לחשוב שתהיה אותם העבודה הנעשית במקדש לתמונה הזאת ואצל המזבח בעזרה תזבח עליו עולותיך ושלמיך *Altare terreum mihi facies, id est coniunctum solo, ne ædifices illud super eminentiam columnarum, aut super fornicum altitudinem, ne excelsa & loca elata cultu divino sacrarentur, facile quippe cogitare* (*populus*) *potuisset, cultum in Tabernaculo futurum huic similem, in altari hoc in atrio holocausta & eucharisteria tua offeres.* *R. Abraham* Medicus in Schilte Haggibborim fol. XXII. col. IV. מזבח אדמה תעשה לי רוצה לומר שיהיה מחובר בארמה ושלא בנוהו על גבי כיפין או מחילות לא שיהיה של ארמה רוקא *Altare terreum facito mihi id est terræ contiguum, ne illud exstruant super fornices aut cavernas non* (*vero dicitur terreum*) *quod e terra exstruendum.* Vid. *Medrasch Mechilta* fol. XXVII. *R. Simeon* in Ialkut fol. XIII. col. III. *Maimonides* in Beth Habbechirah cap. I. §. XIII. Nititur hæc sententia Traditione Talmudicorum in *Sevachim* f. LXI. col. II. ומאי מזבח אדמה שהוא מחובר בארמה שלא יבננו לא על גבי כיפים ולא על גבי מחילות

Cur

Cur Altare (Moſis) terreum appellatur? Reſp. ideo quia nullum fuit terram inter & altare intervallum, neque arcubus aut fornicibus ſuperſtructum erat. Potior tamen mihi videtur, magisque arridet eorum ſententia, qui altare Moſis terreum, ob materiam dici iudicant, quod e terra fuerit conflatum. Ita ſentit *R. Salomo* in h. l.

מזבח אדמה מחובר בארמה שלא יבננו על גבי עמודים או על גבי כפים דבר אחר שהיה ממלא את חלל מזבח הנחשת אדמה בשעת חניתן *Altare terreum i. e. terræ iunctum, ne illud erigant ſuper columnis aut fornicibus. Alii expoſitores verbis iſtis altare terreum indicari volunt, concavum altaris æneiI (Moſis) terra implendum eo tempore, quo (Iſraelitæ in deſerto) caſtra metabantur.* Et Comment. in Exod. XXVII. 5.

ומזבה אדמה הוא מזבח הנחשת שהיו ממלאין חללו אדמה במקום חניתן *Altare terreum eſt hoc ipſum æneum altare, cuius concavum terra implebatur, cum caſtra metarentur.* Conf. *Mechilta* in Paraſcha Ietro fol. XXVII. col. IV. *R David Kimchi* in Sepher Schoraſchim f. LX. *R. Bechai* & *Aben Ezra* Comment. in h. l. & *Autor* tractatus gallici Hiſtoire *du Culte Levit.* part. II. c. III. Nam præceptum hoc non de loco, ſed materia altaris eſſe intelligendum e phraſi מזבח אדמה colligitur, quæ in ſacris literis in ſimili conſtructione materiam denotat, ut מזבח נחשת *altare æneum*, 2. Chron. IV. 1. 2. Reg. XVI. 15. מזבח זהב *altare aureum*, Exod. XXXIX. 39. Moſen præterea huic morem geſſiſſe præcepto, cum altare holocauſtorum exſtrui curaret, ex Exod. XXVII patet. Moſis enim altare fuit e lignis Schittim atque ære obductum, fuit etiam מזבח אדמה *e terra*: terram enim lignum atque æs circumdabant, & נבוב לוחות *ſive cavitas aſſerum* terra erat referta. *Bechai* in Exod. XXVII. fol. CXIII.

נבוב לוחות תעשה אותו מרובע היה כי כן כתוב רבוע יהיה והיו הלוחות של עצי שטים לארבעת רבעיו וחלול באמצע והנה בחלל המזבח הזה היו ממלאין אותו אדמה בשעת חניתן כדי להקריב עליו והוא שכתוב

שכתוב מזבח ארמה תעשה לי *Cavum e tabulis facito illud: quadratum vero erat* (altare) *ita enim Exod. XXVII 1. legitur: quadratum erit altare. Tabulæ quoq; cedrinæ quatuor cingebant latera, intus relicto concavo; cavitas vero altaris terra replebatur, quo tempore castra ponebant, ut in illo offerre possent, & hoc est quod innuitur: Altare terreum facito mihi.* Vid. & *Aben Melech* in Exod XXVII Gentilibus in more erat positum e cespite aras exstruere. *Lucanus* L. IX. v. 988.

Erexit subitas congestu cespitis aras

Horatius L. III. Ode VIII.

Quid velint flores & acerra thuris
Plena miraris, positusque carbo in
cespite vivo.

Et. L. I. Ode XIX.

Hic vivum mihi cespitem hic
Verbenas pueri ponite thuraque.

Sed observante *Ludov. de Prez* not. in Horatii Lib. I. Od. XIX. aræ e cespite exstruebantur in rebus subitis & moram haud ferentibus. Error hinc forte *Grotio* atque *Riveto* natus, qui altare hoc terreum dici, quod e cespite exstructum esset, existimant; Quorum vestigia & *Ioh. Lightfootus* premens Descript. Templi c. XXXIV. T. I. Opp. p. 630. autumat, optimo iure dubitari posse: Annon hæc (nempe Exod. XX.) Altaria peculiari quapiam & extraordinaria occasione fuerint exstruenda, nempe cum DEUS subito appareret, ut Gideoni Iud. VI. 26. & Manoæ cap. XIII. 19. Ceu cataphractus vero *Ioh. Spencerus* L. II. de Leg. Hebr. Rit. c. V. p. 410. defendit, altaria e cespite conflata fuisse ex more iter facientibus recepto, varia adducens argumenta sententiam hanc corroboraturus. Verum memoratis Auctoribus contradicunt phrasin מזבח ארמה sequentia:

בכל המקום אשר אזכיר את שמי אבוא אליך וברכתיך *Quocunque in loco iubebo celebrari memoriam nominis mei, veniens ad te benedicam tibi.* Verbis enim hisce iubet DEUS altare terreum ibi erigi, ubi populum ad celebrandum DEI nomen convenire, & benedictionem populo impertiri volebat. At nonnisi in Tabernaculo & Templo gratiosæ præsentiæ signa erant conspicua, comme-

commemoratio nominis Divini religiosa fiebat, & populus benedictione divina mactabatur. Ps. CXXII. 2. 3. II. Reg. XXI. 4. Deut. XII. 5. Ps. CXXXII. 7. Suo sententiam hanc comprobat calculo *R. Salomo* in Exod. XX. 24. בכל מקום אשר אזכיר את שמי אשר אתן לך רשות להזכיר שם המפורש שלי שם אבא אליך וברכתיך מכאן אתה למד שלא נתן רשות להזכיר שם המפורש אלא במקום שהשכינה באה שם וזהו בית הבחירה שם נתן רשות לכהנים להזכיר שם המפורש בנשיאות כפים ולברך את העם *Ubicunque memorari faciam nomen meum i. e. ubicunque dedero tibi facultatem commemorandi nominis mei Iehovah, ibi veniam ad te & benedicam tibi. Hinc collige, DEum non dedisse facultatem commemorandi nomen Iehovah, nisi in loco gratiosa DEI præsentia collustrato. Atque is (locus) est domus electa, ibi dedit DEus facultatem sacerdotibus exprimendi nomen hoc in elevatione manuum ad benedictionem populi.* Quamvis itaque terra materia fuerit altaris holocaustorum, cornuum tamen minime materia dicenda est. Neque enim totum altare e terra conflatum, sed media tantum altaris pars terra repleta fuit.

§. VI.

Inserviebant porro fabricandis altaris holocausti cornibus עצי שטים Ligna Schittim, vi legis, quam DEus de altari exstruendo Exod. XXVII. 1. tulit ועשית את המזבח עצי שטים *Facies altare e lignis Schittim.* Non totum altare, sed asseres solùm terram ambientes, e lignis Schittim fuisse, opinatur *R. Is. Abarbanel* in Exod. XXVII. fol. CXCVII ואמרו שיהיה המזבח עצי שטים רצה לומר שיהיו דפנות המזבח מעצי שטים לא גגו כי ימלאוהו עפר כמו שאמר מזבח אדמה תעשה לי וזבחת עליו וג׳ *Loquitur* (DEus) *de altari e lignis Schittim* (parando) *seu de lateribus, non vero de tecto altaris. Altare enim pulvere repletum erat, Q. D.* (Exod. XX. 24.) *Altare terreum facies mihi & sacrificabis super illo &c.* Quænam hæc fuerint

עצי שטים de eo magna inter Criticos opinionum pugna est. *Edm. Castellus* Lex. Heptagl. col. 3734. & *Iac. Golius* Lex. Arab. col. 1225. acaciam sive spinam Arabicam volunt in desertis Sinai uberrime crescentem. *Aquila* & *Symmachus* per σηττων, *Theodotion* ἀκανθων, *LXX* ξύλα ἄσηπτα, ligna imputribilia, transtulerunt. *Hieronymus* in Esaiæ XLI. T. V. Opp. p. 134. *Sittah*, ait, *est genus arboris nascentis in eremo, spinæ habens similitudinem, unde omnia ligna arcæ & tabernaculi facta sunt instrumenta.* Conf. eundem in Ioel. c. III. T. VI Opp. p. 56. *Ioh. Henr. Ursinus* in Arbor. Bibl. c. XXII. p. 316. DEum tabernaculum e spinoso ligno, Templum vero e cedrino condi iussisse putat, ut declararet, se cum populo peregrinantem, superba Regum e cedris spernere palatia. *Iac. Bonfrerius* ad Exod XXV. Schittah arborem nobis plane ignotam fuisse existimat. *Abarbanel* in Exod. fol. CXC. עצי שטים הוא ממיני ארזים והם עבים וקליפם מאד *Ligna schittim cedri erant species, summæ densitatis & levitatis. Iosephus* L. III. Antiquit. Iud. c. VI. ξύλον ἰσχυρὸν τὴν φύσιν καὶ σήψιν παθεῖν ἀδυνάμενον, *lignum natura validum & ab omni carie inviolabile.* Hæc omnia cedro quam optime convenire, ecquis eat inficias? *Plinio* enim teste L. XIII. H. N. c XL. Cedri arbores erant perpetuæ atque immortales Hinc Numæ libri cedri succo obducti & cedrinis candelis obvoluti, terræ licet infossi, incorrupti tamen tot ævis manserunt, *Plinio* referente, qui Lib. XVI. cap. XI. *Cedri tantam vim esse*, ait, *ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa diu serventur.* Vid. *H. Salmuth* in not. ad Gvid. Panciirol. P. I. cap. XLII. p. 144. Cedri itaque speciem עצי שטים fuisse iudico. Cum enim Cedrus odore svavis, tempore æterna, imputribilis & levissima sit, lignum hoc ad cornuum & altaris structuram fuisse adhibitum asserere, nullus dubito, tum ne pondus nimium portantium aggravaret humeros, tum ut altaris usus esset diuturnior. Conf. *R. Levi ben Gerson* in Exod. XXV. *R. Is Abarbanel*, *Iunius & Tremellius* in h. l. & *Ezech. Villalpandus* T. II. Explan. in Ezech. L. IV. c. XLVIII. p. 303. Unde Israelitæ in deserto ligna hæc habuerint? Hebræi inter se non conveniunt. Refert

R. Salo-

R. Salomo e Tanchuma in Exod. XXV. 5. & *R. Bechai* in Biur al Hattora fol. CI. col. I. Iacobum cedros in Ægypto plantasse filiosque suos iussisse, ut ex Ægypto egredientes secum eas educerent. At fabulam hæc redolere optime iudicat *R. Aben Ezra* putans, monti Sinai silvam fuisse vicinam lignis hisce refertam, e qua ligna hæc ab Israelitis cæsa sint. Ita enim ille in Exod. XXV. יש מקרמונינו שאמרו שיעקב אבינו נטעם וישראל הוציאום ממצרים במצות משה והראיה וכל אשר נמצא אתו כמו התכלת והארגמן ויש לתמוה למה נאמר אשר נמצא אתו לצרכו ואם אמרנו כן יש לתמוה למה הוציאו עצי שטים כי מה צורך יש להם ועוד הנה המצרים חושבים כי לזבוח הם הולכים ואחר כן ישובו ועל כן השאילום ואין יוציאו קרשים רבים אורך כל אחד מהם עשר אמות גם בריחים והם עברו על מצרים מקום המלוכה ומה היתה תשובה לשואליהם למה יוליכו עצי שטים והם הולכים לזבוח דרך שלשת ימים והנה לא ידענו אם קבלה היתה היא ביד אבותינו שממצרים הוציאום גם אנחנו נסור אל משמעתם ואם סברא היא יש לבקש דרך אחרת ונאמר כי היה סמוך אל הר סיני יער עצי שטים ובבאם שם אמר להם ששם יתעכבו הרבה וכרתו כל היער *Sunt e Doctoribus nostris antiquis, qui dicunt, Iacobum Patrem nostrum plantasse ligna Schittim, Israelitas autem eduxisse ea ex Ægypto mandante Mose. Cui firmando* (adducunt) *Exod XXXV 23 Quicquid inventum fuerit apud eum ut hyacinthus & purpura. Sed mirum est, cur dictum sit omne quod inventum fuerit* אתו. *Resp. Hoc intelligendum de omnibus rebus unicuiq; necessariis. Si hoc; mirum est cur extulerint Arbores Sittim. Quid enim quæso lignis his ipsis opus erat? inprimis cum putarent Ægyptii, eos sacrificatum ire & postea reversuros; Ideo commodato dederunt res suas. Cur autem educerent tantam asserum copiam, quo-*

 rum

rum cuiusque longitudo X. erat cubitorum imo & vectes, cum transirent Ægyptum sedem regni. Quid respondissent quærentibus: Cur hæc ligna secum ferrent cum irent sacrificatum via trium dierum? Sed ecce hæc ignoramus. Nam si per traditionem accepissent Patres nostri, ligna Schittim ab Israelitis ex Ægypto adducta, illorum amplecteremur sententiam. Quod si vero coniectura est, alia incedendum nobis est via, dicendumque monti Sinai sylvam fuisse vicinam lignis Schittim consitam, cumque eo venissent, præcepit eis Moses, ut illic commorarentur diutius, hancque sylvam totam exciderunt. Conf. *Abarbanel* in Perusch al Hattora f. CXC. col. II. *Gur Arieh* fol. CV. col. 2. *Ioslatus* Episcopus Abulensis Comment. in Exod. Part. II fol. 12. col. 1. *Conr. Pellicanus* Comm. in Pentateuch. fol. C. col. 1. *Franciscus Ribera* L. II. de Templo c. I. p. 99. & *Cartwrightus* in Exod. XXV. Patet autem e multis Scripturæ locis, puta Num. XXV. 1. XXXIII. 49. Ios. II. 1. III. 1. locum quendam Schittim fuisse, in campestribus Moabitarum Israelitarum regioni vicinum, quem cedris refertum fuisse verisimile est. Utrum vero locus ab arboribus sic dictus, an vero arbores a loco? merito cum *Cartwrighto* dubitamus, in priorem tamen proniores sententiam.

§. VII.

Præter עצי שטים in cornibus altaris Mosaici considerandum occurrit נחשת sive æs. Cum enim altare totum quidni & cornua ære obducta, dicerem? Sane LXX. verba Exod. XXVII. 2. וצפית אתו נחשת *obduces illud* (altare) *ære*, non tam de altari, quam de cornibus exponunt, ἐγ καλύψεις αὐτὰ χαλκῷ, *Obduces illa* (cornua) *ære*. Rationem cur altare atque cornua ære fuerint obducta reddit *R. Salomo* in Exod. XXVII. 2. לכפר ער עזות מצח שנא ומצחך נחושה (Hoc factum est) *ad expiandam frontis* (Israelitarum) *duritiem*. Q. D. Es. XLVIII. 4. *Frons tua ænea est.* Est & hæc sententia *R. Bechai* in Biur al Hattora f. CXIII. col. II. למה מזבח הנחשת מכפר על מצח נחשת שנאמר וגיד ברזל ערפך ומצחך נחושה *Quare altare* (holocaustorum) *fuit æneum? Resp. Quia expiavit frontem æneam* (Israelitarum) *Dicitur enim Ies. XLVIII. 4. Nervus ferreus cervix tua fronsque tua ænea.*

Ge-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0030
DFG

Genuinam vero & literalem adfert rationem *Abarbanel* in Peruſch al Hattora f. CXCVI. col. II. ideo nempe altare ære fuiſſe opertum, ne ab igne læderetur ואם היה המזבח מכוסה מעצי שטים היה נשרף ונחשרת המזבח כיון שאש תמיד תוקד ע' המזבח ל' תכבה *Si altare* (holocauſtorum) *ligno Schittim fuiſſet opertum, combuſtum fuiſſet, ideo ære altare fuit* (obductum) *ſiquidem ſemper in altari arſit ignis, neque extingvebatur.* Craſſitudo æris, *Bechai* referente, fuit inſtar denarii aurei, qui pondere noſtros aureos æquat. Vid. *Ioh Leusdenii* Philol. Hebr. mixt. Diſſ. XXIX. p. 211. nec non *Edv. Breerewood* de pond. & pret. Vet. numm. c. I. Anſam hinc capiunt Iudæi gloriandi prodigium aliquod divinitus factum, DEumque modo miraculoſo altare conſervaſſe, ne igne conſumeretur tenui quamvis lamina obductum. *R. Bechai* in Biur al Hattora fol. CXIII. ומזבח זה נס גדול היה נעשה בענינו שהאש דולקת בו ביום ובלילה ול' היה העץ נשרף ולא היה הנחשרת נתך *Maximum fiebat in altari miraculum. Ignis quippe in altari die nocteque ardens lignum non combuſſit nec æs liquefecit.* Unde mox ſubiicit היה משה מתירא שמא ישרוף האש העץ שבמזבח אמר לו הקב"ה משה מה אתה מתירא מי צוה האש לשרוף למר ממך כשנכנסת לתוך ערפל של אש והיית מהלך בין גדודין של אש ול' עוד אלא שחיית בא אצלי שנ' ומשה נגש אל הערפל אשר שם האלהים וכבודי אש אוכלה הוא שנאמר כי יי אלהיך אש אוכלה הוא ול' נשרפת אף מזבח הנחשרת אע"פי שכתוב בו אש תמיד תוקד ע' המזבח ל' תכבה לא הנחשרת נתך ול' העץ נשרף ואם תאמר שצפוי עבה אמר רבי נחמיה עובי דינר היה *Moſes cum altare exſtrueret, timidus dixit: forte comburet ignis lignum altaris. Dixit ergo ei Iehovah: Quid times Moſe? Quis eſt, qui præcipit ligno ut urat? Tuo rem diſce*

disce exemplo : Cum ingredereris medium caliginis & ignis, & ambulares inter ignis turmas, imo cum me accederes eum, (ut dicitur Exod. XX. 18. *Et Moses accessit caliginem, in qua erat DEus*) *cuius gloria est ignis consumens,* (Deut. IV. 24) *debuisses tua opinione comburi, & tamen combustus non es? Eadem est altaris ratio. Quamvis enim præceperim, ignem perpetuo ardere in altari, nec unquam extingvi; Tamen nec æs colliqvabitur, nec lignum comburetur. Diceres forte laminam crassiorem fuisse, quam ut posset tam facile liquari,* (ut miraculo nullo opus sit.) Resp. *R. Nehemia densitate sua æquasse laminam non nisi unum denarium, refert.* Conf. *Schilte Haggibborim* f. XXIII. col. IV. Si quæras, an intus extusque ære obductum fuerit altare? cum *Ioh. Lundio* L. I. der Iüdisch. Heiligth. c. XXXII. p. 174. fateor me accedere sententiæ Iunii & Tremellii ab utraque facie ære obductum fuisse altare, imo & cornua, opinantium.

§. VIII.

Altaris in Templo exstructi cornua, æque ut Mosaici ex ipsa altaris massa fabricata fuere. Ut vero indagemus, e quanam formata sint materia, in materiam e qua altare templi formatum, inquirendum est. Quidam altare hoc e solido factum ære e II. Paralip. IV. 1. II. Reg. XVI. 14. I. Reg. VIII. 64. ubi מזבח נחשת altare æneum vocatur, cum *Ioh. Lightfooto* in Descript. Templi Hieros. c. XXXIV. T. I. Opp. p. 630. & *Const. L'Empereur* in C III. Middos Mischna I. p 85. 86. contendunt. Alii vero cum *R Dav. Kimchi* & *R. Salomone* in 1. Reg. VIII. 64 æneum dici volunt, quod altare templi in locum cederet altaris ænei a Mose exstructi. Verum hæ sententiæ æque Rabbinis optimæ notæ, ac rei ipsius contradicunt veritati. Non enim altare hoc æneum dictum tantum ob similem usum, aut quod in locum altaris Mosaici ex ære confecti succederet, sed præprimis quod ære esset obductum, uti & II. Reg. XVI. 14. Mosis altare æneum dicitur, quamvis e ligno cedrino confectum & ære fuerit obductum, imo altare suffitus מזבח זהב altare aureum audit II. Paralip. IV. 19 quamvis auro tantum fuerit obductum. Suffragatur nostræ sententiæ *R. Is. Abarbanel* in 1. Reg. VIII. 64. ואם היותו מזבח אבנים כמו שצותה התורה הנה קראו מזבח

מזבח הנחשת לפי שהיה מצופה נחשת כמו שנקרא מזבח חזחב להיותו מצופה זהב h. e. *Quamvis altare hoc lapideum ex decreto legis fuerit, nihilominus æneum dicitur, quia ære fuit obductum, quemadmodum altare ſuffitus auro obductum, aureum vocatur.* Præterea nullibi legitur Ara hæc fuiſſe ex ære ſolido, quemadmodum alia Vaſa, quæ aurea aut ærea dicuntur, ut Candelabrum, Mare æneum &c. 1 Reg. VII. 16. 24. 33. 45. Nullus ergo dubito aſſerere, cornua altaris in templo una cum altari ipſo lapidea fuiſſe, motus inprimis Miſchnæ potiorumque Rabbinorum ſuffragiis. Talmudici in Middos c. III. Miſchna IV. אחר אבני הכבש ואחר אבני המזבח מבקעת בית כרם וחופרין למטה מהבתולה ומביאים משם אבנים שלמות *Lapides cum aſcenſus tum altaris fuerunt e convalle Beth Cerem, quos effoderunt e terra inculta atque inde adduxere lapides integros.* Miſchnæ huic ſuffragatur *Maimonides* in Hilc. Bes Habbechira c. I. §. XIV. ſimul innuens unde lapides illi cæſi fuerint ומהיכן היו מביאין אבני מזבח מן בתולה הקרקע חופרין עד שמניעין למקום הניכר שאינו מקום עבודה ובניין ומוציאין ממנו האבנים או מן הים הגדול ובונין מהן וכן אבני ההיכל והעזרות שלימות היו *Unde vero adducebant lapides altaris? Reſp. terram virginem fodiunt, donec ad locum perveniant quem conſtat, omni cultu & ædificio vacaſſe. Inde lapides educunt, aut ex Oceano & ex iis altare exſtruunt. Ita & lapides templi atque atriorum integri fuere.* Vid. *Sevachim* fol. LIV. col. I. *R. Abraham* in Schilte Haggibborim c. XXVII. fol. XXIII. col. III. *Mechilta* in Exod. XX. f. XXVIII. col. I. & *Ioh. Henr. Hottingerus* de Legg. Iur. Hebr. Leg. XL. p. 53. Iidem Rabbini non ſolum lapides impolitos & perfectos adhibitos fuiſſe altari exſtruendo aſſerunt, verum etiam modum oſtendunt, quo cornua e maſſa altaris lapidea parata fuerint. Nimirum utebantur forma cubiti quadrata, quæ lapidibus, calce, pice & plumbo liquefacto replebatur, adducta hac forma ad altaris verticem eam angulo altaris imponebant, & unumquodq; cornu formabant. *R. Moſe ben Maimon* Hilc. Bes Habbech. c. II.

§. XVI. e Cod. Sevachim f. LIV. col. 1. cornuum structuram ita delineat:

כשבונין המזבח בונין אותו כולו אטום כמין עמוד ואין עושין בו
חלל כלל אלא מביא אבנים שלמות גדולות וקשנות
ומביא סיד וזפת וקוניא וממחה ושופך לתוך מלבן גדול
כמדתו ובונה ועולה ונותן בתוך הבנין גוף של עץ או
אבן בקרן דרומית מזרחית כמדת היסוד וכן נותן בתוך
כל קרן וקרן עד שישלים הבנין ויסיר הגופים שבתוך
הבנין כדי שתשאר קרן דרומית מזרחית בלא יסוד
וישארו הקרנות חלולין *Cum exstrueretur altare exstruebatur totum obturatum instar columnæ nullo relicto concavo, sed adducebantur lapides integri tam magni quam parvi ; deinde calx, pix & plumbum liquefactum infunditur tigillo figuram eius æquanti & altiora ei inædificantur. Post hæc inditur structuræ quadratum ligneum aut lapideum cornu Euro-australi secundum mensuram fundamenti, eodem modo apponitur unicuique cornu,* (massa lignea aut lapidea) *usque dum absolvatur structura* (cornuum.) *Tandem removentur formæ ligneæ in structura hac adhibitæ, ut cornu Euro Australe relinquatur sine fundamento & reliqua cornua excavata.*

§. IX.

Sed iubet ordo de figura cornuum differere, variorumque ex antiquitate Hebræa colligere suffragia. I. *Ioh. Spencerus* Leg. Hebr. Rit. L. III. Diss. I. c. IV. Sect. I. p. 823. cornua altaris curvaturas fuisse existimat ex ære ad cornuum tauri vel arietis figuram fabricatas. Idque exinde probare allaborat, tum quod prominentes altaris ansulæ eodem cum animalium cornibus nomine, nempe קרנות insigniantur, tum quod Iosephus testetur, ansulas altaris cornuum figuram fuisse imitatas, tum deniq; quod gentilium aræ taurorum aut arietum cornibus decoris ergo exornatæ fuerint. Verum Vir hic græcarum latinarumque literarum apprime gnarus, iudicio hoc de cornibus altaris lato satis prodit, se sine causa monumenta antiquaria flocci habere, quæ non minus hic, quam in aliis Iudæorum

ritibus

ritibus indagandis consulenda sunt. Neque vero argumenta Viri Cl. tanti sunt ponderis, ut assensum invitis extorqueant. Nam קרן non tantum cornua animalis sed extremitatem quamvis notat, ut §. IV. probatum. Imo cornua Altaris non a figura, sed a robore nominari observat *Anton. Borremansus* in Var. Lect. p 245. Præterea altaris cornua non ad boum vel arietinorum cornuum figuram ex ære solo fuisse fabricata vel inde patet, quod cornua iubeantur non seorsim altari adglutinari, sed parari ממנו i. e. *ex altaris materia* seu lignis Schittim ære obductis. Quî vero forma hæc cornuum animalium fieri potuit, præcipue in altari Salomonis cum ferrum altari admovere nefas esset? Exod. XX. 25. Nec *Iosephus* cornua altaris cornibus animalium similia fuisse perhibet, sed angulos sursum protensos, agnoscit L. VI. de B. Iud. c. VI. ὁ βωμὸς τετράγωνος ἵδρυτο κερατοειδὴς προανέχων γωνίας, *Ara quadrata stetit angulos in Extremitatum formam protensos habens*, KEPATA enim & apud græcos Eminentias vocari, *Hesychius* & *Eustathius* Autores sunt. Tandem gentilium aras cornibus animalium, decoris ergo fuisse ornatas, ambabus ut dicunt largior manibus; DEum vero in altari exstruendo gentilium ritus imitatum Spencerianam sapit hypothesin, cum DEus severe satis sacra Gentilium populo suo interdixerit. Eandem nihilominus cum Spencero fovent sententiam *Fortun. Schacchus* in Elæochrism. S. Myroth. II. c. XLVII. p. 465. *Herm. Witsius* in icone Miscell. S. præmissa, ut & in T. I. Misc. S. p. 405. Sunt II. alii, qui cornua altaris radios sursum erectos in quatuor altaris angulis autumant, denuo provocantes ad vocem קרן in sacris literis non tantum cornu, verum & splendorem significantem, in quibus *Io. Bapt. Villalpandus* Explan. in Ezech. c. XLI. 22. P. II. L. V. §. XLIX. *Tostatus*, *Caietanus*, *Malvenda* & præprimis *D. Conr. Mell* in gründl. Beschreibung der Stiffts-Hütte Cap. VI. §. VII. p. 209. nomina sua profitentur. Accedit huic sententiæ *Lippomannus* apud *Drusium* in not. mai. ad Exod. XXVII. adducens nonneminem, qui cornua altaris in similitudinem cornuum bovis aut hirci fabricata fuisse negat, sed ebraico more radios quosdam elegantes sursum erectos cum ornamento pomelli vel lilii fuisse contendit. Verum Autor hic Scyllam vitando in Charybdim incidit,

stans pro sententia Scriptoribus optimæ notæ plane contraria. III. Alii ut *Bened. Arias Montanus* in Bezaleel sive Tabernaculo T. VI Critic. S. p. 617. *Torniellus* L. I. Annal. Sac. ad A. M. 2544. §. 69. & 74 & nonnemo apud *Malvendam* cornua altaris pinnas esse censent, in superiori aræ facie e quatuor altaris angulis cornuum more prominentes. Sed & hæc nulla veritatis specie suffulta merito suis linquo autoribus. Quomodo enim cornua sangvine commode aspergi, & per foramina sangvis defluere potuisset, si foramina huiusmodi in pinnis concipiantur. Propius veritati accedit IV. *Ioh. Lundius* L. I. der Iüd. Heiligth. c. XXXIII. p. 175. dum in altum erecta & perforata in iconismo pingit altaris cornua, in eo solum a Rabbinis aberrans, quod in summo cornuum apice tectum fingat, cum tamen & aræ exterioris & interioris cornua aperta, non vero tecta fuisse, iam adverterit *Theod. Dassovius* Diss. de Imagg. rerum Hebr. Th. XII. §. 1. p. 25. In hoc Interpretum de cornuum figuris dissensu, altoque scripturæ silentio difficile est rem prorsus expedire, omnibusque absolutam numeris cornuum exhibere delineationem. Placuit tamen, ut dicta eo illustrentur melius quasdam cornuum ideas peculiari ob oculos ponere iconismo, ductumque sequi, quos modo adduxi Criticorum. Et quidem Fig. I. cornua exhibet e mente IO. SPENCERI. Fig. II. HERM. WITSII. Fig. III. EZECH. VILLALPANDI. Fig. IV. CONR. MELN. Fig. V. ARIÆ MONTANI. Fig. VI. IOH. LUNDII.

§. X.

Rabbinos itaque cum antiquiores Antiquitatum Indagatores non habeamus sequor duces, asserens cornua in vertice altaris holocaustorum quatuor parallelepipeda (ut voce Mathematicorum utar) quatuor altaris insidentia angulis fuisse, ad 5. palmos æqualiter elata, intus excavata, in summitate vero aperta. Ut dicta plenius illustrem, (1.) Altitudo fatentibus uno ore Rabbinis 5. palmorum fuit. *Maimon* in Hilc. Bes Habb. c. II. §. VIII. גובה כל קרן וקרן חמשה טפחים *Altitudo unius cuiusque cornu fuit 5. palmorum.* (2.) Longitudinem & Latitudinem cornuum Altaris Mosaici silente Scriptura Iudæi exacte non determinant, quia tamen locum cuiusvis cornu in altari Salomoneo Templique secundi unius cubiti fuisse con-

coniiciunt, non incongrue colligitur unumquodque cornu in altari Mosis quartam cubiti partem exæquasse. *Maimon* l. c. רבוע כל קרן אמה על אמה *Unumquodque cornu quadratum cubitale erat.* Et *R. Levi ben Gerson* in Exod. XXVII. הנה היו הקרנות ארבע בארבעה זויות מקום המערכת והנה לא נזכר שיעור אלו הקרנות בתורה והיה שיעורם בבית שני אמה על אמה *Fuerunt quatuor cornua in quatuor angulis, superioris areæ altaris. Equidem mensura cornuum in lege non determinatur, in templo tamen secundo unius cubiti quadrati erat.* Conf. *Middos* c. III. Mischna I. Fluunt hæc ex mensura altaris Salomonei cuius mentio iniicitur II. Paralip. IV. 1. ויעש מזבח נחשת עשרים אמה ארכו ועשרים אמה רחבו ועשר אמות קומתו *Altare æneum* (Salomo) *fecit, cuius longitudo XX. cubb. latitudo XX. cubb. altitudo vero X. cubb. fuit.* Quodsi itaque ambitus altaris Salomonis quadruplo maior fuit ambitu aræ Mosis, cornua quoque altaris Salomonei cornibus altaris Mosaici quadruplo fuisse maiora leges veræ proportionis svadent, subductoque calculo cornu quodvis 5. palmos altum & $\frac{1}{4}$. cubiti longum latumque statui posse existimarem. Erant (3.) Cornua intus excavata. Denuo *Maimon.* Hilc. Bes Habb. c. II. §. VIII. וארבע הקרנות חלולות היו מתוכן *Quatuor cornua intus fuere excavata.* Causam subiicit *R. Isc. Abarbanel* in Perusch al Hattora f. CXCVI. גם היו חלולות מבפנים כדי לשפוך בהם הדם שמשם היה יורד למטה בתוך חלל הארץ *Fuerunt* (cornua) *intus cava, ut sangvis posset infundi indeque descendere intra terræ cavernas.* (4.) Numero erant quatuor: דרומית מזרחית מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית דרומית *Euro-australe, Euro-boreale, Zephyro-boreale, Zephyro-Australe.* Ratio cur nec plura nec pauciora cornua fuerint varia a Rabbinis redditur. *R. Isaac Abarbanelem* in Perusch al Hattora fol. CXCII. col. III. Physica delectat ratio, dum opinatur DEum rationem habuisse quatuor Elementorum & numeri primarum Qualitatum וציה שיעשה למזבח ד' קרנותיו לרמז אל ארבעה חצורו

הצורך דומם וצומח חי ומדבר או לרמוז אל ארבעת היסודות והליחות והאיכיות אשר בחי *Præcepit DEus quatuor in altari fieri cornua ut indicaret 4. Entia, inanimatum, Vegetabile, Animatum & Rationale. Vel 4. cornua innuunt 4 Elementa, 4. humores, 4. primas qualitates in quovis vivente.* Cabbaliſtica vero placet ratio *R. Iſraeli* in Sepher Thoras Haola fol. XVII. col. III. quatuor nempe in altari cornua præfiguraſſe 4. animalia currus Ezechielis והקרנות היו ארבע להורות על ארבע חיות שבמרכבה והם מזה ומזה צפון ודרום מזרח ומערב *Quatuor fuerunt cornua, quæ innuerent numerum quatuor animalium currus Ezechielis ad omnem plagam, Aquilonem, Auſtrum, Eurum, Zephyrumq; ſitorum.*

§. XI.

Porro (5.) Cornua ex ipſo altari formata fuere Exod. XXVII. 2. ממנו תהיין קרנותיו *Ex eo erunt cornua eius.* Omiſit hæc in Verſione ſua Lutherus, Tautologiam fortaſſis aliquam verbis illis ſubeſſe ſuſpicatus. Verum ſine ullo Tautologiæ vitio, colligunt hinc Interpretes, cornua altari adhæſiſſe, ex eius maſſa prodiiſſe, & ſine ulla ſeparatione non aliunde exciſa, ſed ex eadem cum altari materia ducta fuiſſe. Vid. *Münſterum*, *Vatablum*, *Clarium*, *Oleaſtrum*, & alios in h. l. Suffragantur Chriſtianis Iudæi, *R. Levi ben Gerſon* in Exod. XXVII. ממנו תהיין קרנותיו למדנו מזה שאין ראוי לעשות הקרנות לבדם נפרדים ומונחים במזבח אבל ראוי שיהיה הקרנות מגוף המזבח *Ex eo erunt cornua eius. Diſcimus inde non formari cornua ſeorſim & altari deinceps imponi, ſed ex ipſa altaris maſſa educi.* Genuinam hanc ממנו תהיין Phraſeos eſſe ſignificationem ſimilis oſtendit locus de cingulo Summi Sacerdotis. Exod. XXVIII. 8. occurrens וחשב אפודתו אשר עליו כמעשהו ממנו יהיה *Cingula amictus eius ex ipſo ſunto. R. Salomo* in h. l. עמו היה ארוג ולא יארגנו לבד ויחברנו i. e. *Simul cum Ephodo cingulum texatur. Non ſeorſim texatur & poſtea Ephodo adnectatur.* Eodem itaque modo

modo cornua ex altari fabricata fuerunt quo Cherubi, Exod. XXV. 18. ex eadem auri massa cum propitiatorio formata perhibentur. Ita denuo *R. Salomo* in h. l. מקשה תעשה שלא תעשה בפני עצמם ותחברם בראשי הכפרת לאחר עשיותם כמעשה צורפים אלא הטיל זהב הרבה בתחלת עשיית הכפרת והכרובים בפטיש ובקורנס באמצע ובראשן בולטין למעלה וציור הכרובים בבליטת קצותיו *Ductiles ex auro facies cherubos; Non fabricabis eos separatim & extremitatibus operculi fabricatos coniunges, more aurifabrorum, sed accipe massam auri in parando arcæ operculo & percute malleo magno prius deinde parvo medium massæ aureæ, ut extremitates eius utrinque eminent, inque parte prominente extremitatum eius Cherubos forma.* Tandem (6.) cornua quatuor extremitatibus angulorum exacte imposita inque altum erecta ex altari protuberarunt. In altari Mosis lex divina, cornua summitati 4. angulorum imponi iubet Exod. XXVII. 2. עשית קרנותיו על ארבע פנותיו *Facta impones cornua 4. altaris angulis;* & in ara templi fecundi protuberasse ex angulis quatuor cornua colligas ex Ezech. XLIII. 15. ומהאריאל ולמעלה הקרנות ארבע *a pyra altaris sursum versus exsurgebant cornua quatuor.* Duplex hic a communi hac Iudæorum sententia fit dissensus. Nam *R. Abraham ben David* Maimonidis censor cornua in ipsius aræ angulorum extremitate neutiquam locanda, sed palmis 2. ab utroque latere removenda contendit in Maim. Hilc. Bes Habb. c. II. §. VIII ושני הטפחים הם שפחתו משתי הקרנות ברחבן ואולי יש לומר שאותן שני טפחים היו פנימה שהקרנות היו כנוסים מרופן המזבח שני טפחים זה טפחים מכאן וזה טפחים מכאן *Duo palmi* (mensuræ foci altaris) *demendi sunt latitudini quatuor cornuum. Forte dici potest duobus palmis fuisse coarctata cornua ac remota duobus, tot a latere uno, quot a latere altero.* Minus dextre vero Maimonidem a R. Abraham intelligi nec tali opus esse commento evicit *R. Ioseph Kaaro* in Ceseph Mischne ad h. l. Annuit his fere *Ioh. Lightfootus* in Descr. Templ. Hieros. T. I. Opp. c. XXXIV.

P.

p. 635. asserens, super altaris crepidinem superiorem seu ambitum, post cubitum aliam iterum fuisse coarctationem unius cubiti, unde surrexerint cornua altaris, sed ita extenuata & extrorsum inversa, ut Sacerdotes victimas oblaturi inter ea & altare expedite transire possent. Nam ipso opinante, si cubitalis altaris crassities ad summitatem usque pertigisset, Sacerdotes altare circuire nequaquam potuisse. Diserte vero Lightfooto contradicit *R. Is. Abarbanel* in Perusch al Hattora f. CXCVI. ואמר ממנו תהיין קרנותיו כלומר מן המזבח של עצי השטים יהיו הקרנות לא נמשכות לצד חוץ ולא לצד פנימי רק יעמדו ביושר על פינות המזבח *Iubet DEus* (Exod. XXVII. 2.) *cornua fieri ex altari i. e. ex lignis Schittim erecta, surgere cornua, non inflexa, ad latus extrorsum neque ad latus introrsum, sed erecta protuberare ex aræ angulis.* Nec est ut metuat Vir Clar. sine cornuum flexura locum non satis amplum ambulacro sacerdotum relinqui; etenim spatium circuitus latius erat uno cubito, ut sacerdotes expedite satis illic ambulare possent. Gemara *Sevachin* f. LXII. col. I. איזהו כרכוב בין קרן לקרן מקום הילוך רגלי הכהנים אמרת אטו הכהנים בין קרן לקרן הוו אזלי אלא אימא ומקום הילוך רגלי הכהנים אמה והכתיב תחת כרכובו מלמטה עד חציו אמר רב נחמין בר יצחק תרי הוי חד לגוי וחד לכהנים שלא נשתרקו *Quis est ille ambitus Exod. XXVII. 5. memoratus? Resp. Spatium cubiti unius erat inter cornua, & ambulacrum sacerdotum cubitale. Dices: hoc pacto quomodo sacerdotes ab uno latere in aliud pergere potuerunt cornibus obstantibus? Resp. ambitus comprehendit spatium inter cornua, & cubitum unum pro ambulacro sacerdotum. Quod autem ambitus infra summitatem aræ deprimitur, dum dicitur:* (Exod. loc. cit.) *sub ambitu inferiori ad medium altare, id R. Nachman Bar Iizchak solvit, duo statuendo* (*ambulacra*) *unum pro ornamento* (parietibus aræ adhærens) *alterum commodo Sacerdotum* (in vertice aræ 2. cubb. latum) *ne laberentur.* Genuinam cornuum figuram dabit Fig. VII. quam cum *Th. Dassovio* de Alt. Ext. T. Hier. omnibus antepono.

§. XII.

§. XII.

Nonnulla tamen in cornu Zephyro-Auſtrali & Euro-Auſtrali erant, cum reliquis cornibus non communia. In cornu Zephyro-Auſtrali duo erant foramina, per quæ ſangvis in torrentem Kidron defluebat. *Middos* c. III. Miſchna II. ובקרן מערבית דרומית היו שני נקבים כמין שני חוטמין דקין שהרמין הניתנין על יסוד מערבי ועל יסוד דרומי יורדין בהן ומתערבין באמה ויוצאין לנחל קדרון *Cornu Zephyro-Auſtrale duo habebat foramina inſtar duarum narium exilium, per quæ ſangvis ſparſus cum ad baſin occidentalem tum auſtralem defluebat, ac uterque ſangvis mixtus in canali defluebat in torrentem Kidron.* Equidem *R. Ob. de Bartenora* in c. III. Middos Miſchna II. foramina hæc in fundamento fuiſſe refert ובקרן מערבית דרומית למטה באמה של יסוד היו שני נקבים שהרמים הנתנים על יסוד מערבי כנון שירי הדם של חטאת הפנימיות שלאחר כך המתנות היה שופך שירי הדם על יסוד מערבי *In Cornu Zephyro-Auſtrali inferius ad canalem baſeos duo erant foramina, per quæ ſangvis ſparſus ad baſin occidentalem defluebat, uti reliquiæ ſangvinis victimæ pro peccato, cuius ſangvis ad altare interius ſpargebatur: nam abſolutis ſparſionibus, ſangvinis reliquiæ ad baſin occidentalem effundebantur.* Accedit Bartenoræ *Conſt. L' Empereur* in notis ad Middos cap. III. §. II. ita tamen ut foramina hæc in baſi ad cornu latus fuiſſe addat. Maimonidem tamen in cornu ipſo foramina admittere ex c. II. Hilc. Bes Habb. §. XI. coll. §. XII. conijcere licet. Conf. *Ioma* c. V. Miſchna VI. & *Rob. Sheringham* in notis p. 122. 123. Cornu Euro-Auſtrale fundamento carebat. *Maimon.* in Hilc. Bes Habb. c. II. §. X. יסוד המזבח לא היה מקיף מארבע רוחותיו כמו הסובב אלא היה היסוד משוך כנגד כל רוח צפון ומערבי ואוכל בדרום אמה אחת ובמזרח אמה אחת וקרן דרומית מזרחית לא היה לה יסוד *Baſis altaris non cingebat altare ab omnibus quatuor plagis, uti quidem*

dem ambitus, ſed ſolum totam plagam borealem & occidentalem, in meridionali vero cubitum unum occupabat, ut & in oriente cubitum unum. Cornu vero Euro Auſtrale baſi carebat. Nituntur hæc traditione, quæ in Sevachim fol. LIII. habetur: וקרן מזרחית דרומית לא היה לו יסוד מט אמר רא לפי שלא היתה בחלקו של טורף דאמר רב שמואל בר רב יצחק מזבח אוכל בחלקו של יהודה אמה אמר ר׳ לוי בר חמא אמר רבי חמא בר חנינא רצועה היתה יוצאה מחלקו של יהודה ונכנסה בחלקו של בנימין והיה בנימין הצדיק מצטער עליה בכל יום לנוטלה שב׳ חופך עליו כל היו׳ לפיכך זכה בנימין הצדיק ונעשה אושפיזכן להקב״ה שנאמר ובין כתפיו שכן *Cornu Euro-Auſtrale fundamento carebat. Quam ob cauſam? R. Eliezer reſpondet, quia non fuit in portione Beniaminis, qui Diſcerptor dicitur Gen. XLIX. 27. Nam R. Samuel Iſaacides dixit altare cubitum unum occupaſſe in portione Iudæ. Levi filius Chamæ refert edoctus a R. Chama Chaninæ filio lineam e portione tribus Iudæ egreſſam eſſe atque occupaſſe portionem tribus Beniamin. Beniamin autem iuſtum hoc quotidie agre tuliſſe, illamq; ſibi dari poſtulaſſe Ideo dici Deut. XXXIII. 12. Mœſtus erat quotidie. Quapropter Beniamin iuſtum impetraſſe, ut DEum benedictum hoſpitio exciperet* (ob altare) Q. D. (Deut. XXXIII. 12.) *Inter humeros eius habitat.* vid. *Toras Haolah* fol. XVIII. col. I. *R. Ioſeph Kaaro* in Maimonidis Bes Habbech. cap. II. §. X. *Gemara Cod. Ioma* fol. XI. col. I. *Sohar* Par. Bereſch. fol. XIV. *R. Ob. de Bartenora* in Sevachim, c. V. Miſchna IV. *Ioh. Lightfooti* Centuria chorographi. Matthæo præmiſſa cap. XXI. Tom. II. Opp. p. 185.

§. XIII.

Lento iam progredio gradu ad rationes, cur cornua altari fuerint impoſita, inveſtigandas; cum Rabbini aram cornibus orbatam profanam pronuncient in *Ialkut Simeoni* fol. CII. col. III והתניא כל מזבח שאין לו לא קרן ולא כבש ולא יסוד הלא ריבוע פסול

פסורת *Traditio est, omne altare quod & cornu & clivo & fundamento & quadratura destituitur, legitimum non est.* Fines vero cornibus altaris a diversis diversi assignantur. (I.) *D. Ioh. Tarnovius* in Exerc. Bibl. p. 379. seqq. *Ioh. Frid. Breithaupt* in not. ad Iarchium in Exod. XXVII. 2. p. 660 *Iunius & Tremellius* in Exod. l. c. & qui Tarnovium laudat *Sixt. ab Amama* in Antib. Bibl. L. III. ad Ps. CXVIII. p. 556. cuius etiam amplecti videtur sententiam, cornua hunc in finem erecta censent, ut victimæ mactandæ iis alligari possent. Sententiam hanc probare conantur verbis Ps. CXVIII. 27. אסרו חג בעבותים עד קרנות המזבח *Vincite Sacrificia festi funibus usque ad Cornua Altaris.* Verum hæc ab universa Antiquitate aliena sunt. Altum quippe in literis æque sacris ac profanis silentium est de victimarum mactandarum ad Cornua Altaris ligatione, cum more receptum fuerit, sacrificiorum mactandorum colla infixis pavimento ad latus Altaris aquilonare annulis indere, ne reluctantes mactationem impedirent. Vid. *Middos* cap. III. Mischna V. *R. Moses ben Maimon* in Hilcos Bes Habbechi cap. V. §. XIV. *Bartenora* ad Tamid. c. IV. §. I. Imo cum cornua a pavimento tot distarent cubitis, victimæ cornibus alligari non poterant, & vix ac ne vix quidem impetum animalium reluctantium cornua perferre potuissent. Unde ritum victimas alligandi altaris cornibus unquam receptum fuisse nego. Neque vero favent Opinioni huic verba Ps. CXVIII. 27. Sub iudice enim lis est, quem sundant sensum. Chaldæus ita expressit: כפיתו טליא לנכסת חגא בשלשלון עד די תקרבונה ותשדון אדמיה בקרנת מדבחא *Ligate tenellum agnum in sacrificium festi catenis, donec eum sacrificaveritis & affuderitis sanguinem cornibus altaris.* LXX. συσήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. *Constituite diem festum in densis usque ad cornua altaris.* *R. David Kimchi* Chaldæum secutus verba hæc περιφράζει: הביאו הכבש קשור בעבותים עד שתביאוהו לקרנות המזבח כלומר להקריבו לפני ה׳ והקרבן כבש יקרא חג לפי שבחגים יקריבו אותם ברוב *Adducite agnum densis vinctum funibus do-*

nec adduxeritis illum ad cornua altaris, q. d. in conſpectum Iehovæ. Dicitur autem Victima agni DEO ſacri חג, *quia in feſtis plurimæ offerri ſolebant.* Eodem fere modo exponit *R. Salomo* הזבחים והחגיגות שהיו נקיים ובדוקין ממום קושרין בכרעי מטותיהם עד שיביאום לעזרה בקרנות המזבח *Victimæ atque ſacrificia feſtorum ſolennium munda & immaculata alligabantur pedibus lectorum, donec ducerentur in atrium ad cornua altaris.* Autoribus memoratis quanquam dicam non ſcribam, ne tamen ellipſin ſolito maiorem admittere cogar, iudicarem heic alludi ad ritum in feſto tabernaculorum receptum, ubi ramos ſalicum prælongos ad latera altaris ponebant ita incurvatos, ut apices earum ad verticem uſque altaris pertingerent. Ritum hunc Talmudici deſcribunt in *Succa* c. IV. Miſchna V. fol. XLV. col. I. מקום היה למטה מירושלים ונקרא מוצא יורדין לשם ומלקטין משם מרביות של ערבה ובאין וזוקפין אותן בצדי המזבח וראשיהן כפופין על גבי המזבח *Erat infra Hieroſolymam locus quidam, Moza dictus, huc deſcenderunt* (in Tabernaculorum feſto) *& decerpſerunt inde ramos ſalicum prælongos, atque abeuntes eos locarunt iuxta latera altaris ita incurvatos, ut capita eorum in verticem altaris inclinarentur.* Non multum diſſentit Verſio Lutheri: Schmücket das Feſt mit Mayen bis an die Hörner des Altars. Conf. *R. Iom Tobh* in Toſephos ad Succa cap. IV. *D. Aug. Pfeifferus* in Dub. Vex. Cent. III. Loc. LXXX. T. I. Opp. p. 332. *D Sal. Glaſſius* Rhet. S. L. V. Tract. I. c. IV. p. 1489. *D. Martinus Geierus* Comm. in Pſ. CXVIII. 27. & *Mich. Boccius* Diſſ. de *Ornamento Feſti* c. III.

§. XIV.

Alio tendit *Ioh. Iac. Cramerus* in Exerc. Philolog. de ara exter. Templ. ſecundi c. V. §. III. p. 68. 69. Cornua exponens de lateribus altaris, ſeque e contextu Pſalmi colligere poſſe exiſtimat votum Davidis ad victimarum copiam referendum, quam Pſaltes a populo in honorem DEi ab ipſo multis mactato beneficiis poſtulat; Scilicet atria victimis adeo referta optat, ut ad aræ latera eas admove-

moveri neceſſe ſit, quo Iſraelis vulgus raro admittebatur. Quod funibus ligari iuſſerit victimas, non de eo tempore intelligi putat, quo mactabantur (tunc enim ligationem a Sacris Ebræorum æque ac gentilium alienam fuiſſe contendit) ſed vinctas arbitratur cum in atrium mactationis ergo adducerentur, textum ipſum his exprimens verbis: *Vincite victimas feſti funibus uſque* (dum adduxeritis eas) *ad latera altaris.* Eruditam hanc Viri Clar. iudicarem coniecturam, modo adduxiſſet locum e V. T. in quo קרנות המזבח proprie de cornibus altaris exponi queant; non enim ſufficit hæc e Rabbinorum, Græcorum aut Latinorum ſcriptis illuſtraſſe. Nec peculiaris eius de ligatione victimarum ſententia antiquitati videtur conſentanea. Olim quidem victimas è pecude parva ad minimum agnum iugem matutinum non manibus, iugulantium detentas, ſed funibus ligatas fuiſſe, ita ut non pedes anteriores poſterioresque ſeorſim, ſed pes anterior poſteriori alligaretur יד ורגל יחד כעקדת יצחק *Manus pedi iuncta ad morem ligati Iſaaci*, colligo e Cod. *Tamid* c. IV. Miſchna 1. לא היו כופתין את הטלה אלא מעקדין אותו *Non vinciebant agnum, ſed ligabant. Bartenora:* לא היו כופתין אותו את התמיד בשתי ידיו לעצמן או בשתי רגליו לעצמן כדי שלא לעשות כחוקות העכו שכך היו עושים כששוחטין לע"ז אלא מעקדין אותו היד עם הרגל כעקדת יצחק *Non vinciebant Sacrificium iuge duos anteriores vel poſteriores pedes iungendo ſeorſim, ne idololatras imitarentur, pecus idolis hoc ritu immolantes, ſed anteriorem poſteriori ligantes ſociabant in morem ligationis Iſaaci.* Iſaacum vero cuius vinctionem imitabantur Sacerdotes, funibus conſtrictum Iudæi in *Bereſchis Rabba* f. LXIII. col. 1. *Ialkut* fol. XXVIII. col. IV. & *R. Iſ. Abarbanel* in Peruſch al Hattora fol. LXXVI. non diffitentur. Poſteriori tamen ævo more receptum fuiſſe videtur, ut victimas minores non conſtringerent, ſed manibus tenerent. *Maimon* in Hilcos Temid. Umuſaph. c. I. §. X. כמעשה תמיד של שחר כך מעשה תמיד של בין הערבים

הערבים ולא היו כופתין את השה שלא יחקו את האפיקורסין אלא אוחזין ידו ורגלו בידיהן וכך היתה עקידתו ראשו לדרום ופניו למערב *Qualis erat mactatio sacrificii iugis matutini, talis erat & sacrificii iugis vespertini. Neq; vero agnum constringebant more gentilium: sed prehendentes pedem anteriorem ac posteriorem manu tenebant. Et ita ligatio absolvebatur capite ad austrum facie vero ad occidentem conversa.* Boves vero aliasque victimas maiores manibus fuisse detentas admodum improbabile videtur, quin olim quoque funibus ligatas, postea vero annulis pavimento aræ infixis incluſas cum Viro Clar. existimo. Et, si tot inter sententiarum divortia coniecturæ locus foret, putarem Davidem ad victimas coronatas alludere in maiorem festi solennitatem densis redimitas coronis ac optare magnam victimarum adduci copiam, & ut festum eo redderetur solennius, coronis capita earum ornari cupit, coronisque ornatas victimas magna pompa altari imponi sangvinemque earum cornibus altaris aspergi. Sane verbis Textus Hebræi expositio hæc quam optime convenit: אסרו *Redimitas adducite* (voci אסר duo hæc includi puto more verborum, ut Grammatici vocant, imprægnatorum, conf. Gen. XV. 9. 10. Exod. XXV. 2. XXVII. 20. Esth. II. 16.) בעבתים *coronis* (proprie frondibus contortis & implexis, quo ritu veterum coronæ e frondibus parari solebant. Nam עבתה Ezech. VI. 13. pro frondibus contortis usurpatur, & Exod. XXVIII. 14. מעשה עבת opus tortile dicitur) חג *Victimas festi solennes* (conf. Exod. XXIII. 18. Mal. II. 3.) עד קרנות מזבח *ad cornua altaris.* Neque vero ab Ebræorum ritibus adeo alienum est, sacrificia in festis solennioribus coronis ornare, id quod vel ex solo ritu in primitiis adducendis recepto colligere licet. *Biccurim* c. III. Mischna III.

הקרובים מביאים התאנים והענבים והרמונים מביאים גרוגרות וצמוקים והשור הולך לפניהם וקרניו מצופות זהב ועטרת של זית בראשו החליל מכה לפניהם עד שהגיעו קרוב לירושלים הגיעו קרוב לירושלים שלחו לפניהם

לפניהם ועטרו את בכוריהם *Propinquiores* (Hierosolymis) *adducebant ficus & uvas recentes, remotiores vero ficus siccas uvasque passas. Præibat vero illos bos, cornibus deauratis, corona oleaginea redimitus; Tibiæ sonabant ante eos, donec pervenissent Hierosolymam; propiusque accedentes mittebant ad eos, qui primitias coronabant.* Conf. *Maim.* Hilc. Biccurim c. IV. §. XVI. Gentilibus vero victimas coronis decoratas adducere, easque in ara Deorum offerre ritus est omnium notissimus, quem e Veterum monumentis erudite eruerunt, *Ioh. Dougtæus* in Anal. Sacr. P. II. Excurs. LIV. *Iac. Ouzelius* in Animadv. ad Minuc. Felicis Octav. p. 207. *Ioh. Saubertus* de Sacrif. Vet. c. XVIII. p. 436. & *Carolus Paschalius* L. IV. de Coron. c. XVI. p. 253.

§. XV.

Deinde (II.) *Ainsworthus*, *Malvenda* & *Casp. Sanctius* in Ezech. XLIII. 15. cornua altaris ornatus causa, *Oleaster* vero sustinendo reti altaris aptata putant. (III.) *Ioh. Bapt. Villalpandus* in Ezech. T. II. f. 393. censet, Cornua Altaris fuisse trophæa victimarum in altari consumtarum, altari quasi Arieli seu Leoni sacro ad devorandum proiectorum. Derivat hinc Veterum morem frontispicia sacrarum ædium taurorum exornandi craniis, nempe ut ædes hæ victimarum trophæa & insignia in exterioribus templorum frontispiciis ostenderent. Verum hæc nonnisi coniecturas ingeniique lusus sapiunt. (IV.) Alii sentiunt Altaris cornua eiusdem angulis fuisse affixa, ut eius velamina elevarentur, dum altare portaretur. (Vta.) Denique est *Ioh. Spenceri* sententia Lib. III. de Leg. Ebr. Rit. c IV. Sect. III. p. 826. existimantis, in cornibus altaris DEum aliquid temporum antiquiorum opinioni ac consvetudini dedisse. Antiquis enim ante Mosen seculis Cornu roboris, dignitatis & excellentiæ, sanctitatis & religionis notam vel insigne fuisse, & altaribus diu ante Mosis ætatem in excellentiæ singularis indicium & documentum additum. Ita profanæ mentis Criticus præcepto divino de cornibns altaris formandis non nisi profana & absurdissima gentilium sacra infert, eaque digna habet sanctissimorum inter Ebræos rituum fundamenta. Sed nonne DEus legem ut de reliquis

quis ceremoniis, ita & de cornibus altaris populo Iudaico scribi iussit, ut hoc pariete Iudæos a gentibus segregaret Eph. II. 14? *Nonne Iacobo solum verba sua indicavit, Iura sua Israeli? Non vero ita ulli genti fecit?* ideoque ita iura sua non propalavit. Ps. CXLVII. 19. Quantus ergo error est, dicere DEum ritus gentilium imitatum, ut per eiusdem generis ritus populos distingveret, quos iisdem ritibus sociasset potius quam distinxisset. Ritus præterea gentilium plurimi originem diabolo debent, qui ex κακοζηλία Gentes in hæc Sacra induxit. Ecquis vero tam perfrictæ foret frontis, ut affirmaret, DEum in legibus scribendis peculio suo ritibus diabolicis annuisse? Legimus equidem DEum Israelitas admodum obiurgasse, quod sacris gentilium adhærerent, imo zelo exarsisse ob cultum Tammuz Idoli Ægyptiaci Ezech. VIII. 18. Israelitas vero iussu divino cultum gentilium imitatos fuisse nullibi legimus. Taceo ipsos gentiles peculiaria & ab omnium populorum ritibus diversa Iudæis tribuere sacra. Inde *Tacitus* L. V. Histor. Tom. II. p. 554. *Moses, quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos sacra: rursum concessa apud illos, quæ nobis incesta.* Et *Dio Cassius* L. XXXVII. p. 41. Κεχωρίδαται δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἔς τε τἆλλα τὰ περὶ τὴν δίαιταν παντὸ ὡς εἰπεῖν καὶ μάλιστ' ὅτι τῶν μὲν ἄλλων θεῶν οὐδένα τιμῶσιν ἕνα δὲ τινὰ ἰσχυρῶς σέβουσι. *Diodorus Siculus* Lib. XL. refert Mosen populum in XII. Tribus divisisse pro numero mensium & sacrificiorum vitæque ritus diversos a Gentium cæterarum institutis ordinasse. Unde patet DEum sacra gentilium in altari quoque cornibusque eius exstruendis & vitasse & vitari iussisse. Argumenta quæ Spencerus adducit, tanti non sunt, ut nos trahant in hæresin. Ait (1.) Cornu honoris, gloriæ roborisve symbolum antiquissimis fuisse gentibus. Nego vero, ideo etiam DEO in sacris populo suo præscribendis Excellentiæ & Honoris notam fuisse, cum DEus abhorruerit a cornibus ex gentilium instituto in honoris signum altari imponendis; Cum enim gentiles aras suas cornibus decoris ergo ornarent, DEus nihil commercii Iudæis intercedere voluit cum Gentilium Sacris. Addit (2.) cornua honoris Symbolum diu ante Mosis ætatem in gentium

um altaribus fuisse. Id vero admodum dubium & probatu Spencero est impossibile. Autores enim quos magna diligentia ut testes sententiæ suæ adduxit, Mosis ævo multo sunt inferiores. Pausanias enim libros suos conscripsit tempore Antonini Philosoph, Porphyrius Aureliani & Probi Impp. ævo vixit. Hosne scriptores Spencerus Mosis constitueret Interpretes? Imo concedam licet, quod tamen nunquam probari potest, Mosen hæc ab Ægyptiis habere, merito quæritur: undenam ritus huiusmodi ad Ægyptios aliasve gentes fluxerint? certe nonnisi ab Hebræis, ut egregie ostendit *Fl. Iosephus* contra Apionem lib. II. apud *Eusebium* L. X. Præp. Evang. c. VII. *Iustinus M.* Paræneſ. ad Græc. *Athanasius*, *Lactantius* & alii, qui in hoc dicendi campo desudarunt. Numinius Philosophus Pythagoreus, cum Mosen manu trivisset, ait, τί γὰρ ἐστὶ πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων apud *Euseb.* L. IX. Præp. Evang. c. III. & L. XIII. c. I. Unde colligo sacra gentilibus cum Israelitis communia, non a gentilibus ad Israelitas, sed ab Israelitis potius ad alias gentes manasse. Pergit (3.) Vir Cl. & Altarium cornua Mose esse antiquiora e phrasi ועשית קרנותיו infert. Multa, ait, differere Mosen de materia cornuum altaris, de forma autem eorum in tota lege nihil reperiri, hinc putat optime colligi, Altare cornibus ornare ipsam consvetudinem docuisse Iudæos cornuumque figuram cuivis notam fuisse. Legem vero Mosi datam hac circumducit paraphrasi: *Altaris cornua quod attinet eorum formam & usum SECULI MORIBUS edoctus, probe tenes: ideoque de iis id unum in mandatis dabo, ut scilicet in altaris angulis disponantur.* Quasi vero DEUS Mosi in monte exstruendi totius Tabernaculi & Cornuum ideam ob oculos non posuisset, ut ad seculi mores confugere teneretur Moses, quin potius cum cornuum delineationem omnibus numeris absolutam Mosi in monte suppeditasset, supervacaneum fuisset ea omnia in Altaris descriptione denuo repeti. Neque (4.) cornuta Mosis facies (ut Spencerus locum Exod. XXXIV. exponit) sententiæ huic ullam coloris addit speciem. Ostendi enim supra, non cornutum sed diadematis instar Regii radiantem vultum Mosen retulisse de monte. Tandem (5.) Vir Cl. se ad legem de Cornibus altaris latam confert in ea multum præsidii se inveniisse ratus. DEum ait iussisse

ſiſſe quatuor ſolum cornua altari imponi, ut obviam iret ſuperſtitioni gentilium, qui cornibus innumeris altaria ſua ornarunt. Unde ergo probat Spencerus apud gentiles iam Moſis ævo altaria e cornibus innumeris conflata in uſu fuiſſe? certe teſtimonia ex Ovidio, Martiali, Callimacho, aliisque Moſe multo recentioribus collecta, rem non conficiunt. Quin, ſi DEus de cornibus tam ſollicite egit, ut ſuperſtitioni Seculi illius occurreret, & cornua a ſuperſtitionis rubigine liberaret, non gentibus ſed Ebræis prima eorundem debetur origo. Porro Spencerus: DEum, ait, in mandatis dediſſe cornua fieri ממנו ex ipſo altari, hoc eſt ex eadem materia continuo opere duci, ut Iudæi ſuperſtitioſas gentilium vitarent aras, quibus cornua animalium erant affixa; DEum enim hoc ipſo a gentilium moribus in exſtructione altaris obſervatis ſacra ſua diſtinxiſſe. Valeret hoc argumentum, ſi Spencerus Autores fide dignos adduxiſſet probantes Moſis tempore univerſas gentilium aras cornua geſſiſſe appoſita. Sed cum id ſolum de Delii Apollinis βωμω κερατινῳ *ara cornuta* conſtet inter ſeptem mundi miracula a Martiale collocata, alienum dictu videtur, DEum ſacra ſua ab ara hac Apollinis diſtincturum cornua non annecti, ſed continuo opere ex altari fabricari curaſſe. Reliqua æque ut priora coniecturam ſapiunt, quæ iudicio B. L. committo. Vid. *Ioa. van der Wayen* Diſſ. de Hirco Azazel §. DCXXVII Var. Sacr. p. 504. *Chriſt. Wormius* L. I. Antiquitat. Ebraic. in Tacito & Martiali corrupt. c. IV. & *Herm. Witſius* L. III. Ægyptiac. c. X. p. 253.

§. XVI.

Reiectis ergo ſententiis his, certo perſvaſus ſum, cornua Altaris cum Tabernaculo omnibusque eiusdem vaſis, thuribulo, panibus Propoſitionis, arca auro obducta, Cherubis omnibusque ſacrificiis typum geſſiſſe rerum futurarum; cum DEus ipſe hæc cornua fieri iniunxerit, & Paulus teſtis omni exceptione maior Ebr. IX. oſtenderit, typica fuiſſe V. T. ſacra, Chriſtumque in N. T. inſtar umbrarum corpus præfiguraſſe. Nihil ergo prohibet aſſerere, cornua quoque Altaris Chriſtum adumbraſſe, eiusdemque fuiſſe picturam. Sane Chriſtus in ſacris literis audit קרן לדוד *Cornu Davidis.*

vidis. Pſ. CXXXII. 17. קרן ישע *Cornu ſalutis*, Pſ. XVIII. 3. & a Zacharia κέρας σωτηρίας, *Cornu ſalutis*, Luc. I. 69. Sicut enim Cornu communiter Symbolum eſt roboris potentiæque maximæ, ita Cornua altaris denotarunt gloriam & honorem κατ' ἐξοχὴν merito Chriſti competentem, qui eſt τὸ ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον ἄξιον λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ σοφίαν καὶ ἰσχὺν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ εὐλογίαν. Apoc. V. 12. Adumbrarunt Cornua robur ac potentiam, qua Eccleſiam ſuam defendit, hoſtesque ſuos velut cornibus fortiſſimis proſternit, contra quam nec inferorum portæ quicquam valent. Matth. XVI. 18. Quatuor cornua in quatuor aræ angulis præfigurarunt Evangelium de Chriſto Cornu ſalutis in quatuor mundi angulis prædicandum, Paulo innuente Rom. X. 18. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Quod Cornua fuerint ממנו Incarnationis futuræ erat indicium, Meſſiam e ſangvine hominum naſcendum fratribus ſuis per omnia excepto peccato ſimilem. Plura de Antitypo dicere animus non eſt, ſed hæc a foro hoc cum ſint aliena, Theologis discutienda relinquo. Vidd. de Typo & Antitypo cornuum Altaris *Andr. Rivetus* in Exod. c. XXVII. p. II. p. 179. *Ioh. Lightfootus* in Deſcript. T. Hieroſ. c. XXXIV. T. I. Opp. p. 634. *Wilh. Momma* in Oecon. Temp. L. II. c. IX. §. XXXIX. & *Herm. Witſius* T. I. Miſc. Sacr. L. II. Diſſ. I. §. XXVI. p. 412, 413.

§. XVII.

Licet vero propriùs hic cornuum fuerit ſcopus, variis tamen deſtinata fuere cornua uſibus. Præcipue ſangvini ſacrificiorum ſerviebant, quippe qui a Sacerdote cornibus altaris e præcepto legis divinæ illinendus erat. Lev. IV. 29. וסמך את ידו על ראש החטאת ושחט את החטאת במקום העולה ולקח הכהן מדמה באצבעו ונתן על קרנות מזבח העולה ואת כל דמה ישפוך אל יסוד המזבח *Et imponet* (Sacerdos) *manum ſuam capiti victimæ pro peccato & iugulabit eam in loco holocauſti. Deinde excipiet Sacerdos ſangvinem eius digito ſuo eumq; ſparget ad cornua altaris holocauſti; reliquum ſangvinis effundat*

ad basin altaris. De Holocaustorum sangvine spargendo legem latam deprehendo Lev. I. 5. ושחט את בן הבקר לפני יהוה והקריבו בני אהרן הכוהנים את הדם וזרקו את הדם על המזבח סביב אשר פתח אהל מועד *Iugulati coram Iehova a Sacerdote iuvenci sangvinem offerent filii Aaronis Sacerdotes, & spargent sangvinem illum circumquaque super altari, quod est ad portam tentorii conventus.* Adspersio hæc Doctoribus Talmudicis observantibus facta est בשתי מתנות שהן ארבע *duabus aspersionibus quæ tamen quaternis æquiparantur.* *Sevachim* c. V. Mischna IV. העולה קדשי קדשים שחיטתה בצפון וקבול דמה בכלי שרת בצפון ודמה טעון שתי מתנות שהן ארבע *Holocausti utpote sanctissimi mactatio, nec non exceptio sangvinis in vasis sacris ad Aquilonem fit. Sangvis autem eius spargi debebat duabus adspersionibus, quæ tamen quaternis æquiparantur.* Explicant dicta hactenus Gemarici fusius obscuramque phrasin de Aspersione Sangvinis victimarum דמן טעון שתי מתנות שהן ארבע plenius elucidant, quam ad meliorem huius loquendi modi intellectum hic appono. היכי עביד אמר רב נותן וחוזר ונותן ושמואל אמר מתנה אחת כמין גמא נותן יכול יזרקנו זריקה אחת ת"ל סביב אי סביב יכול יקיפנו כחוט תלמוד לומר וזרקו הא כיצד כמין גמא ודמה טעון שתי מתנות שהן ארבע רבי ישמעאל אומר נאמר כאן סביב ונאמר להלן סביב מה להלן פיסוק וארבע מתנות אף כאן פיסוק וארבע מתנות אי מה להלן ארבע מתנות על ארבע קרנות אף כאן ארבע מתנות על ארבע קרנות *h. e. Quomodo fiebat* (aspersio circumcirca altare?) *Resp. Rabb. Sacerdotem sparsionem Sangvinis repetere,* (ita, ut in uno cornu latere, deinde in altero eiusdem cornu; porro in cornu huic e diametro oppositio in uno, postea in altero latere sangvinem spargeret, & hac ratione circumcirca altare sangvis spargeretur,) *R. Samuel vero asserit, unica solum hac absolvi aspersione & Sacerdotem sangvinem instar*

græ-

græcorum ר) *sparsisse*, (nimirum spargebat sangvinem in apicem anguli, ut sangvis sese quaquaversum ad utrumque latus diffunderet. Dices forte: Fierine potuit, ut) *Sacerdos aspersionem absolveret ictu unico? Resp. Nequaquam. Scriptura enim iubet sangvinem circumquaque spargi:* (Diceres:) *Si circumcirca, potuitne Sacerdos circumducere sangvine altare in modum fili? Resp. Neutiquam. Dicit enim Scriptura* Lev. I. 15. *Et sparget illum; Qui hoc tandem* (fieri potuit? Resp. si sangvinem spargeret) *instar* ר *Græci.* (Et hinc colligimus aspersum fuisse circumquaque sangvinem. Quando vero dicimus:) *Sangvinem spargendum duabus sparsionibus quaternis æquipollentibus. R. Ismael* (comparans secum invicem duos scripturæ textus Lev. VIII. 15. de victima pro peccato & Lev. I. 5. de holocausto) *ait: Mandare DEum in hoc loco* (de holocaustis, sangvinem adspergi altari circumquaque) *& mandare quoque* (idem) *in illo loco* (de victimis pro peccato.) *Qualis ergo illic* (in victimis pro peccato fuit aspersionis ratio,) *talis & hic* (in holocaustis. Atqui in victimis pro peccato) *post unamquamque sparsionem spargens cessabat, & sangvinem quater adspergebat;* (Ergo &) *in holocaustis cessavit post sparsionem unamquamque, sangvisque quater adsperſus est. Ergo & sicut in victimis pro peccato quatuor ictibus aspersio ad quatuor altaris cornua absolvebatur, ita & hic in holocaustis.* Eadem inculcant alii Rabbinorum, sangvinem holocaustorum non cornibus altaris, sed altaris lateribus adspersum hoc præprimis evincere conati argumento, quod in præcepto de holocaustis offerendis nulla cornuum altaris fiat mentio. Tendit eo *R. Moses Maimonides* ad Sevachim cap. V. Mischna IV.

דבר תורה בעולה והפשיט את העור ונתח אותה לנתחיה והקטיר את הכל ולא נאמר בעולה על קרנות המזבח כדי שנאמר עליה שהיא צריכה ארבע מתנות אבל נאמר בזריקת דמה וזרקו את הדם על המזבח סביב ולפי שנ' סביב הוצרכנו שיהיו במתנות כוללים ארבע כותלו המזבח וזה יהא בשיזה שתי מתנות בשני קרנות שהן באלכסון וזהו שהן ד' ר"ל ששניהן כוללים הד' כותלי

Dicit lex de holocausto: Et excoriabit holocaustum & dividet illud in segmenta,

menta, totumque comburet. Nuſpiam vero de holocauſto dicitur: Ad cornua altaris, ut dicamus ſangvinem quater aſpergi debere; Verum de ſparſione ſangvinis ſcriptum eſt (Lev. I. 5.) *Et adſpergent ſangvinem altari circumcirca. Quia igitur dicitur* סביב *circum circa neceſſe eſt ſangvinem ſparſiones includere ad quatuor altaris latera; Nimirum duæ aſperſiones ad duo cornua factæ fuerunt e diametro ſibi oppoſita, & hoc eſt quod dicit: quæ ſunt quatuor; i. e. duæ aſperſiones cingebant quatuor altaris latera.* Suffragatur Maimonidi *R. Salomo* in Lev. I. 5, עומד למטה וזורק מן הכלי לכותל המזבח למטה מחוט הסיקרא כנגד הזויות לכך נאמר סביב שיהא הרבם נתון בר' רוחות המזבח *Stabat Sacerdos infra, e vaſe (quo ſangvinem exceperat) adſpergens latus altaris infra filum rubrum verſus angulos* (altaris). *Idcirco dicitur: circumquaque ſpargat i. e. ad quatuor altaris latera.* Conf. *R. Iom Tobh* in Toſephos ad Cod. Sevachin c. V. Miſchna IV.

§. XVIII.

Sangvis שלמים ſeu hoſtiarum Pacificarum totius cœtus Lev. XXIII. 19. deſcriptarum ut & perſonarum privatarum non ad cornua ſed ad inſtar ſangvinis holocauſtorum בשתי מתנות *duobus ictibus* altaris lateribus adſpergebatur. In *Sevachim* Cap. V. Miſchna V. hæc habetur Traditio: זבחי שלמי צבור ואשמות שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון שתי מתנות שהן ארבע *Sacrificia Pacifica totius cœtus itemque pro reatu mactantur in plaga altaris ſeptentrionali ſangvisque excipitur in vaſe ſacro ad plagam ſeptentrionalem, ſpargitur autem duabus aſperſionibus quæ quaternis æquiparantur.* Sangvis אשמות ſeu Sacrificiorum pro reatu Lev. V. non ad cornu ſed æque ut holocauſti & pacificorum ſangvis infra filum rubrum altari adſpergebatur. *Maimonides* in Hilcos Maaſe Hakkorbanos Cap. V. §. VI. העולה ואשם והשלמים בין של יחיד בין של ציבור זריקת דם שלשתן על גבי המזבח שורה לעולם וכיצד הוא

הוא עושה כשלוקח הכהן הדם במזרק וזורק ממנו במזרק
שתי זריקות על שתי זויות המזבח באלכסון מחצי המזבח
ולמטה על קרן מזרחית צפונית ועל קרן מערבית דרומית
ומתכוין כשיזרוק הדם על הקרן שיהיה הדם מקיף על
הזויות כמין גם כדי שימצא הדם של שתי מתנות על
ארבע כותלי המזבח לפי שנ' בעולה ובשלמים סביב
והוא הדין לאשם ושירי הדם נשפכין על יסוד הדרומי

Sangvis holocauſtorum, victimarum pro reatu & eucharisticorum ſive a privato ſive a cœtu oblatorum uno eodemque modo altari ſemper adſpergebatur. Qualis autem erat aſperſio? Sacerdos ſimul ac ſangvinem ſacro excepiſſet cratere bis ſpargebat ad duo altaris latera, oblique infra medium altaris ad cornu euro-boreale & ad cornu Zephyro-Auſtrale. Operam vero det Sacerdos, cum adſperſerit ſangvinem cornu ut ſangvis adſpergatur angulis altaris in forma Gamma, (Γ) ut deprehendatur ſangvis duarum aſperſionum adſperſus quatuor altaris lateribus. Etenim tam de holocauſtis, quam de eucharisticis præcipit Lex ſangvinem circum circa altare ſpargi. Idem eſto de ſacrificiis pro reatu iudicium. Reliquiæ vero ſangvinis effundantur ad baſin altaris Auſtralem. Tandem חטאות ſive Victimæ pro peccato varii erant generis; vel enim offerebantur pro peccato totius cœtus vel principis ſeu perſonarum privatarum. Sangvis victimæ Synedrii, totius cœtus & Sacerdotis M. inferendus erat in Sanctum & ſepties ante velum ſpargendus Lev. XVI. 15. & IV. 17. Sangvis autem hirci pro peccato Principis, Lev. IV. 25. & Oblatio pro peccato privati, Lev. IV. 27. cornibus altaris holocauſtorum illinebatur ritu a Doctoribus Talmudicis in *Sevachim* c. V. Miſchna III. tradito חטאות הצבור והיחיד אלו הן חטאות
הצבור שעירי ראשי חדשים ושל מועדות שחיטתן בצפון
וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון ארבע מתנות
על ארבע קרנות כיצד על הכבש ופנה לסובב ובא
לו לקרן דרומית מזרחית צפונית מערבית
מערבית

מערבית דרומית שירי הדם הוה שופך על יסוד דרומית *Victimæ pro peccato totius cœtus & privati; (victimæ autem pro peccato cœtus sunt Hirci Noviluniorum & festorum solennium) mactantur in septentrione sanguisque earum excipitur in vasis sacris ad septentrionem, spargique debet quatuor vicibus ad quatuor cornua. Quomodo hoc fiebat? Ascendebat Sacerdos clivum & conversus ad ambitum, accedit cornu Euro-australe, tum Euro-boreale, porro Zephyro-boreale, tandem Zephyro-australe. Reliquiasque sanguinis effudit ad basin australem.* Vix solidiores Mischnæ huius producere licet Interpretes quam Gemaricos, plenius Mischnam hanc his exponentes verbis: היכי עביד רבי יוחנן

ור"א חד אמר נותן אמר אילך ואמר אילך וחד אמר מחטא ויורד כנגד חודו של קרן אליבא דר"א כר"ש דאמר היא עצמה אינה נעשת אלא בגופו של קרן דכולי עלמא לא פליגי כי פליגי אליבא דרבי מר סבר אמה אילך ואמה אילך כנגד קרן הוא ומר סבר כנגד חודה אין טפי לא מיתיבי חטאת הציבור וחיוד כיצד מתן דמן הוה עולה לכבש ופנה לסוב ובא לו לקרן דרומית מזרחית וטובל באצבעו הימנית המיומנת שבימי מן הדם שבמזרק וחום בגודלו מלמעלה ובאצבעו קטנה מלמטה ומחטא ויורד כנגד חודו של קרן עד שמכלה כל הדם שבאצבע וכן כל קרן וקרן הכי קאמי מצות בחורה אי עבד אמה אילך ואמה אילך ליה לן בה מאי ר' ומאי ר"א בר"ש דתניא רמים העליונים ניתנין מחוץ הסיקרא ולמעלה רמים התחתונים ניתנין מחוץ הסיקרא ולמטן דברי ר"מ ר"א בר"ש אומר במה דברים אמורים בעולת העוף אבל בחטאת בהמה היא עצמה אין נעשה אלא על גופה של קרן

Aspersio

Aſperſio quo ritu digito ad cornua peracta fuerit, in eo R. Iochanan & R. Eliezer non conveniunt. R. Iochanan dicit, Sacerdotem ſangvinem adſpergere cornu ut per ulnam ab uno per ulnam ab altero ſe diffundat latere. Verum R. Eliezer ita ſpargi vult, ut ſangvis ſparſus deſcendat a latere anguli cornuum. Conſentit interea R. Eliezer cum R. Simeone, aſſerente ſparſionem Sangvinis non factam ad angulum cornu verum in cornu ipſo. Et in eo cuncti conſentiunt Quantum vero ad modum Aſperſionis Doctores inter diſſenſus eſt, quod R. Iochanan cenſeat ſangvinem ad cornu per ulnam ab uno & ulnam ab altero ſparſum fuiſſe latere. R. Eliezer vero exiſtimet ſangvinem e regione anguli fuiſſe illitum, nec eſt, ut plura hic excipiam. Sed Aſperſio Sangvinis in victimis pro peccato totius cœtus & privati quo ritu ſuſcepta fuit? Reſp. Sacerdos conſcendebat clivum, deinde per ambulacrum ſe convertens, ad cornu Euro Auſtrale pervenit, imbuit digitum dextrum, ſparſioni aptiſſimum (ſeu indicem manus dextræ) *ſangvine crateri infuſo* (& vertici cornu ita admovet) *ut pollice deſuper & parvo infra ſangvinem ducendo, defluere faciat e regione acuminis cornu usque dum omnem ſangvinem digito adhærentem illinendo conſumſiſſet; Eodem ritu ſangvinem omnibus illinebat cornibus* (His poſitis: merito quæritur, quomodo ſententia R. Iochananis antea memorata ſit intelligenda?) *Reſp. R. Eliezer Præceptum, inquit, de acumine cornu ſangvine conſpergendo in lege exſtat, de eo vero an per ulnam ab uno & per ulnam ab altero latere ſangvis ſpargi debeat, non eſt. ut cuiquam litem moveamus. Porro unde conſtat R. Eliezer cum R. Simone convenire?* (quod nempe medium cornu ſangvine fuerit tinctum) *Reſp. Ex Traditione: ſangvis ſuperioribus aræ partibus aſpergendus ſupra filum rubrum ſpargebatur, ſangvis vero inferior infra filum rubrum ita ſentit R. Meir. At R. Eliezer & R. Simon hæc ſolum ad avem quæ holocauſti loco offerebatur reſtringunt, ſed ſangvinem victimæ pro peccato nonniſi acumini cornu aſpergendum aſſerunt.* Socium Gemaræ damus *Maimonidem* in Hilkos Maaſe Hakkorbanos C. V. §. VII. Aſperſionem cornuum quam illi obſcurius proponunt, dilucidius explicantem:

החטאות הנאכלות דמן טעון ארבע מתנות על ארבע קרנות

קרנות המזבח החיצון מחצי מזבח ולמעלה לפי שנאמר
בד על קרנות המזבח וכיצד הוא עושה כשלוקח הכהן
הדם במזרק מוליכו אצל המזבח וטובל אצבעו הימנית
הסמוכה לגודל בדם וסומך באצבעו הגדול מכאן ובגודל מכאן
ומחטא ויורד כנגד חודה של קרן עד שיכלה כל הדם
שבאצבעו וכן הוא עושה בכל קרן וקרן ואם נתן
סמוך לקרן באמה אחד מכאן או מכאן כפר וצריך לטבול
אצבעו על כל קרן וקרן וכשנומר הנתינה על הקרן
מקנח אצבעו בשפת המזרק ואחר כך טובל פעם שנייה
ששירי הדם שבאצבעו פסולין ליתן מהן על קרן
אחרת אין בכל הקרבנות קרבן שטעון הזיית דם
באצבעו אלא חטאת בלבד שנאמר בד וטבל אצבעו
בדם וצריך שיהיה שם דם כדי טבילה לא שיספג
אצבעו מדם ומניין הוא מתחיל עולה בכבש ופנה
לימינו ומהלך על הסובב ונותן בקרן דרומית מזרחית
תחילה ואחר כך בקרן השניה הסמוכה לה שהיא
מזרחית צפונית ואחר כך בקרן שלישית הסמוכה לה
שהיא צפונית מערבית ואחר כך בקרן רביעית הסמוכה
לה שהיא מערבית דרומית ועל יסוד אותה הקרן
שהשלים בה המתנות הוא שופך שירי הדם שנאמר
ואת כל הדם ישפוך אל יסוד מזבח העולה זה
יסוד דרומי *Sacrificia pro peccato quæ consumebantur 4. indigebant aspersionibus ad 4. altaris exterioris cornua, inde a dimidia altaris parte & sursum versus Q. D. Lev. IV. 7. ad cornua altaris (sanguis spargatur.) Quomodo autem peragebatur (Aspersio?) Resp. Sacerdos exceptum patera sanguinem deferebat ad altare; intingens sanguini*

gvini indicem manus dextræ admovebat (sangvinem) *digito maiori hinc, & pollice illinc ab altero latere expiabat; Defluebatque sangvis versus angulum cornu, usque dum omnis sangvis digito adhærens esset consumtus, atque ita in quolibet cornu Asperſionem absolvebat. Finita Asperſione ad Cornua, abstergebat digitum in pateræ limbo, & postea secunda vice digitum sangvini immittebat; nam reliquiæ sangvinis digito adhærentes ineptæ erant Asperſioni cornu alterius. Neque vero omnes oblationes requirebant asperſionem digito factam, sed victimæ tantum pro peccato. De iis enim solis sacerdoti iniungitur, ut digitum in sangvinem intingat. Necesse vero erat adesse Sangvinem immersioni digiti sufficientem, non autem digitum tantum humore sangvinis imbui. Undenam vero spargendi fiebat initium? Resp. ascendebat clivum & conversus ad dextram, in ambitu altaris medio ambulabat primum aspergens cornu Euro-australe; Postea se conferebat ad cornu secundum illi vicinum Euro-Boreale. Hinc tertium accedebat huic vicinum, nempe Zephyro-Boreale, tandem ad quartum huic proximum Zephyro-australe & ad huius cornu basin, ubi Asperſionibus colophonem imponebat, reliquum Sangvinis effundebat; Dicitur enim omnem sangvinem i. e. reliquias effundet ad altaris holocausti basin i. e. ad basin australem.*

§. XIX.

Patet igitur, Sacerdoti sangvinem spargenti licitum non fuisse ullius sacrificii sangvinem cornibus altaris aspergere, nisi tantum victimarum pro peccato. *R. Salomo* in Lev. III. ועד ידי הכלי הוא זורק ואינו נותן באצבע אלא חטאת *Sacerdos* (sangvinem) *mediante instrumento spargebat non autem digito, nisi in victimis pro peccato.* Porro cum sangvinem spargeret Sacerdos non in pavimento ut in reliquarum victimarum asperſione, sed in ambitu stabat. *R. Salomo* in Sevachin c. V. Mischna II. עולת בקבש ופנה לסובב מפני שדמן נותן למעלת ער הקרנות ובאצבע צריך לעמוד ער גבי סובב אבל בכל שאר הדמים שהן תחתונים מן החוט ולמטה עומד על הרצפה

הרצפה *Conscenso clivo se convertit ad ambitum* (altaris,) *quia sangvis* (victimarum pro peccato) *supra spargendus erat ad cornua, idque digito; hinc standum ipsi erat in ambitu; in reliquis vero sangvinibus infra filum spargendis stabat in pavimento.* Manibus ad verticem usque aræ elevatis, cornua a summo deorsum, non autem ab ima cornu parte sursum aspergebat, secus enim metuendum erat, ne vestimenta macularentur היה נותן מתנה מלמעלה למטה שאם יתן ממטה למעלה בקרן שהי פניו הדם זב לתוך ידו שלו ומטנף את בגדיו *Affundebat sangvinem a summo deorsum, si enim effudisset ab imo sursum sangvis per manum fluens vestes ipsius commaculasset.* vid. *R. Obad de Bartenora* in Ioma Cap. V. Mischna V. nec non *Michael. Arnoldi* notæ in Tamid Cap. IV. Mischn. I. Neque tamen sangvinem duobus spargebat ictibus, sed quater, quanquam sufficere velint Talmudici, si sangvis holocaustorum pro reatu & eucharisticorum uno, sangvis autem victimæ pro peccato duobus sparsus esset ictibus. Habentur hæc in *Sevachim* Cap. IV. Mischna I. בית שמאי אומרים כל הניתנין על מזבח החיצון שאם נתן במתנה אחת כיפר ובחטאת שתי מתנות ובית הלל אומר אף חטאת שנתנה מתנה אחת כיפר לפיכך אם נתן הראשונה כתיקנה ואת השניה חוץ לזמנה כיפר נתן את הראשונה חוץ לזמנה ואת השניה חוץ למקומה פיגול וחייבין עליו כרת h. e. *Schola Schammæana dicit: si quis in aspergendo altari exteriori una utatur aspersione aut duabus in victimis pro peccato expiat. Hilleliani dicunt, in victima pro peccato unam expiationi sufficere aspersionem. Quod si ergo asperserit primam* (aspersionem) *ritu sveto alteram vero tempore insveto & secundam loco insveto abominatio erit, & reus evadit excidii.* Provocat *R Obad. de Bartenora* unicam sufficere demonstraturus sparsionem ad Deut. XII. 27. *Sangvinem sacrificiorum tuorum affundes altari*, in quibus verbis non plurium, sed unius aspersionis fit mentio. Sicut autem manu dextra non sinistra spargere licebat,

cebat,

cebat, ita cavendum ſpargenti erat, ne in cornu aſpergendo ad ſiniſtrum cornu latus ſe converteret. De manu dextra *Bartenora* in *Sevachim* Cap. II. Miſchna I. קבל בשמאל פסל דכתיב ולקח הכהן מדם החטאת באצבעו ונתן מלמד שלא תהא קבלת הדם ולא נתינה אלא בימין דכל מקום שנ' יד או אצבע אינו אלא בימין דיליף ממצורע דכתיב ביד ושבע הכהן את אצבעו הימנית *Sacerdos ſanguinem ſpargendum ſi ſiniſtra exceperit manu eademque ſparſerit aſperſionem reddebat illegitimam. Eo quod ſcriptum eſt Lev. IV. 25. Accipiens Sacerdos de Sanguine Sacrificii pro peccato digito ſuo ſparget* (ſuper cornua altaris holocauſti) *hinc conſtat: ſanguinis exceptionem & ſparſionem dextra ſolum fieri. Quoties enim ſimpliciter dicitur manus aut digitus, toties de dextra ſermo eſt, quod de leproſis colligitur ex Lev IV. 6. Et abluet ſacerdos digitum dextrum.* De conceſſione ad dextram notiſſimus loquitur Rabbinorum canon: כל פונות שאתה פונה לא יהא אלא דרך ימין *Omnis converſio* (quæ in ſacris eſt) *nonniſi ad dextram fieri debet*; Excipiendi nihilominus erant, qui altare aſcendebant, oblaturi in cornu Zephyro-Auſtrali aquæ viniquè libamina, ut & avium Sacrificia &'redibant ad cornu Zephyro-Auſtrale ſiniſtram verſus. Verendum enim, ne ſi ad dextram ſe contuliſſet, fumo altaris inficerentur. Conf. *Sevachim* Cap. VI. Miſchn. III. Hinc forte Ritus dimanavit gentilium, qui cum aqua ſacra luſtrali aram circumirent a dextra incipiebant, ut *Franc. Rouſius* in Archæol. Attic. p. 54. ex Ariſtophane & Athenæo erudite demonſtrat. Sangvis effuſus, pavimentoque affuſus denuo colligendus non erat ac cornibus aſpergendus, ſed aſperſioni iudicabatur inidoneus, vi Legis Lev. IV 7. ſangvinem iuvenci ex ipſo iuvenco excipi, non autem de terra colligi iubentis. Inepta erat aſperſio, ſi ſangvines ſupra filum coccineum ſpargendi infra vel ſangvines infra filum ſpargendi ſupra ſpargerentur; ut & ſi cornua altaris ſuffitus adſpergerentur ſangvine cornibus altaris holocauſtorum ſacro aut vice verſa. *Sevachim* c. II. Miſch-

na I. נשפך על הרצפה ואספו פסול נתן את הנתנין למטן למעלן ואת הנתנין למעלן למטן את הנתנין בפנים בחוץ ואת הנתנין בחוץ בפנים פסול *Si sanguis effusus in terram* (neque in vase sacro exceptus) *postea vero colligatur, ineptus est sparsioni, si sanguinem super filum coccineum spargendum infra filum, & vice versa spargat irrita est aspersio Si sanguinem ara suffitus aspergendum altari holocaustorum asperserit inepta est aspersio.* Conf. *R. Moses ben Maimon* in Hilcos Pesule Hammükdaschin c. I. §. XXV. c. II. §. I. III. VIII. IX. &c. Quæ de reliquis Ritibus in Aspersione sangvinis observatis dici prolixe queunt, partim ab instituto hoc nostro aliena, partim ab aliis enucleata sunt pluribus. De Vasis in Adspersione Sangvinis adhibitis vid. *Bartenora* in Sevachim c. V. Mischn. I. *R Salomo* ad Amos VI. 6. *Schabbas* f. LXII. col. II. *Pesachin* c. V. *R. Moses Mikkozi* in Sepher Mizv. Gad. f. CCXXXV. col. IV. & *Theod Dassovius* de Ara Exter. Templi Hieros. §. IV. V. & quantum ad Gentilium Vasa *Iulius Pollux* L. VI. Onom. c. XVIII. *Athenæus* L. XI. Deipnos. cap. XIV. fol. 501. *Homerus* Odyss. III. v. 444. & *Didymus* cum *Eustathio* in h. l. Homeri. De iis, qui spargendo sangvini apti erant vel inepti prolixe agunt Talmudici in *Sevachim* c. II. Mischna I. & seqq.

§. XX.

Iudæos si consulas, cur cornua altaris sangvine tincta fuerint? varias illi easque haud insulsas suppeditant rationes. Cabbalæ suæ sequitur mysteria *R. Israel* in Sepher Thoras Haola, qui cum de causis Sangvinis supra & infra filum coccineum sparsi profunde satis disseruisset hæc subdit fol. LIV. col. 1. ועניין שתי מתנות שהן ארבע במקצת קרבנים דהיינו העולה והאשם והשלמי ובחטאת ארבע שהן שמונה וזוא גם כן מבואר על דרך זה כי ידוע שהמקובלים ז"ל כנו מדת החסד לדרום ורחמים למזרח ומדת הדין הקשה לצפון ומדה הדין

הרין הרפ"ה למערב ולכן כשאדם חט"א חט"א קל עדיין
רחמים השם יתעלה עליו על כן מתחיל במזרחות
צפונית להכניס רחמים ברוגז ואחר כך נותן דרומית
מערבית להמשך החסר ולזה היו המתנור"ת מזרחית צפונית
מערבי"ת ומזרחית דרומית כדי לשתף מרת הרין עם מרת
הרחמים *Cur duæ Aſperſiones quaternis æquipollentes in quibusdam Sacrificiorum Speciebus adhibebantur nempe in holocauſtis, victimis pro reatu & euchariſticis ut & in Victimis pro peccato quarum ſangvis quater ſpargebatur & octo ſparſionibus æquiparabatur? eius cauſa hæc reddi poterit ex antedictis. Nimirum notum eſt Cabbaliſtas p. m. aſſignaſſe attributo benignitatis plagam Auſtralem, Miſericordiæ orientalem, iudicio rigidiori Septentrionalem, Iudicio vero leniori occidentalem. Cum ergo homo committit peccatum leve, DEi benignitas adhuc elevatur ſuper ipſum. Idcirco Sacerdos ſangvinem ſpargens incipiebat a Cornu Euro - Boreali indicaturus temperamentum vitæ* (per plagam Orientalem) *& iræ* (per plagam Septentrionalem.) *Ideo etiam Sangvis adſpergebatur cornu Euro-Boreali & Zephyro-Auſtrali, non autem Zephyro-Boreali, aut Euro Auſtrali, ut indicetur temperamentum iudicii divini & miſericordiæ eius.* Porro in cauſas inquirit, cur quædam Aſperſiones digito peractæ fuerint, quæ una cum plurimis aliis apud eum conferri queunt. Omnium tamen meretur calculum ratio quam adfert *Obadias de Saphorno* in Cavenoth Hattora fol. LXXXIV. col. III. ſangvinem nempe altari fuiſſe aſperſum, quod DEus populum ſuum eo certiorem reddidit, ſe cornu populo ſuo erecturum. Hæc enim eius ſunt verba:

וממיני הקרבנות קרבן חטאת הבא על חיבי כרת אשר
נתן ד' מתנות ער"ך ד' קרנות המזבח מדמו שהם שתים
במערב לצד החיכ"ך הנקרא לפני ה' מורי להרים קרן
לעמו ולשבי פשע *Erat quoque e ſpeciebus oblationum, victima pro peccato, quæ offerebatur pro iis, qui rei erant exciſionis; cuius ſangvis quater aſpergebatur quatuor altaris cornibus ut duæ* (aſperſi-

ones)

ones) *fierent in occidente versus templum, quæ* (cœli plaga) *vocabatur coram Domino, ut innueretur, erigendum esse populo cornu & respiscentibus a defectione.* Annon hæc conveniant cum illis, quæ de Messia cornu salutis erigendo in scriptura dicuntur, ne dubito quidem cum Cel. *Theod. Dassovio* de Alt. Ext. T. Hierosol. §. VII.

§. XXI.

Quem usum præstiterint cornua in excipiendo victimarum Sangvine e dictis clarum est; paucis iam, quem usum in Sacrificio iugi, holocaustis ex avibus, fertis & libaminibus præstiterint indagandum. Nimirum in Sacrificio iugi cornua Sacerdotibus plagam mactandæ victimæ designabant. Perhibent enim Talmudici in *Tamid* Cap. IV. Mischna I. sacrificium iuge matutinum ad cornu Zephyro-boreale mactatum, vespertinum vero ad cornu Euro-Boreale. השוחט עומד במזרח ופניו למערב של שחר היה נשחט על קרן צפונית מערבית על טבעת שניה ושל בין הערבים היה נשחט על קרן מזרחית צפונית על טבעת שניה *Mactans stabat in oriente vultu ad occidentem conversо, & agnus matutinus ad cornu Zephyro-boreale mactabatur ad seriem annulorum secundam; vespertinus ad cornu Euro-Boreale, ad seriem annulorum secundam.* Causam huius mactationis indicat Scholiastes קרבן תמיד של שחר היה נשחט על קרן צפונית מערבית לפי שבבקר שמש במזרח וזורחת כנגדה למערב והכתוב אומר שנים ליום כנגד היום כלומר נגד השמש שהשמש קרוי יום ושל בין הערבים שחמה במערב ומאירה כנגד המזרח היה נשחט על קרן צפונית מזרחית *Sacrificium iuge matutinum ad cornu Zephyro-boreale mactabatur, quia mane Sol versatur in oriente & splendorem spargit versus occidentem. Lex vero dicit Exod. XXIX. 38. & Num. XXVIII. 3.* שנים ליום i. e. *duos mactabis agnos e regione solis; nam Sol vocatur* יום (nimirum Iudæi hic nimium subtiles ל idem volunt, quod כנגד

כנגד e *regione* & יום idem quod שמש hinc oritur Verſio : שנים ליום duo agni ad Solem directi) *Sed iuge Sacrificium veſpertinum quando Sol eſt in Occidente & ſplendet e regione orientis macta*batur ad cornu Euro-Boreale; Victimæ avium in cornu Zephyro-Auſtrali offerebantur, loco earum ordinario. *Sevachim* Cap. VI. Miſchna II. חטאת העוף היתה נעשית ערב קרן דרומית מערבית בכל מקום היתה כשרה אלא זה היה מקומה *Victima pro peccato ex avibus parabatur ad cornu Zephyro-Auſtrale, Equidem omni in loco fuit legitima hic tamen locus eius fuit ordinarius.* Holocauſtum avis in Euro-Auſtrali cornu eſſe oblatum *R. Moſes ben Maimon* in Hilcos Maaſe Hakkorb. c. VI. §. XX. Autor eſt, avis ſectionem in hoc Cornu peractam ita deſcribens : עולת העוף כיצד היתה נעשית עולה לכבש ופניה לסובב ובא לו לקרן דרומית-מזרחית והיד מולק שם את ראשה ממול ערפה ומבריל ואם לא הבדיל פסולה וממצה דם הראש ודם הגוף על קיר המזבח למעלה מן החוט שבאמצע המזבח *Holocauſtum ex ave quomodo adducebatur? Reſp.* (Sacerdos) *aſcendens clivum maiorem & deflectens in ambitum altaris, accedens ad cornu Euro-Auſtrale ſecabat ungve caput e regione cervicis & ſeparabat, ſi non ſeparaſſet, illegitimum erat Sacrificium. Deinde exprimebat ſangvinem capitis & corporis ad altaris parietem ſupra filum rubrum ad medium altaris.* Conf. *Sevachim* c. VI. Miſchn. V. *Siphra* fol. VI. col. I. *Korban Aharon* fol. LXVII. LXVIII. nec non Cl. Dn. *Præſidis* Diſſert. de Cultris Circumciſ. & Seceſpitis Hebr. §. XIII. p. 47. ſeqq. Rationem cur Victimæ ex avibus ad Cornu Euro-Auſtrale offerri debuerint? ſuppeditat *R. Obad. de Bartenora* in Sevachim cap. VI. Miſchna V. בא לו לקרן דרומית מזרחית לפי שהיא קרוב לבית הדשן ששם משליך המוראה והנוצה *Accedebat cornu Euro-Auſtrale quia hoc vicinum erat foco cineris, quo ingluvies avis cum plumis proiiciebatur.* Fere eadem habet in *Sevachim* Cap. VI. Miſchn.

III. Nonnunquam tamen holocaustum avis ad cornu Zephyro-Australe offerebatur, si nempe ob victimarum copiam Sacerdoti in cornu Euro-Australi non esset sufficiens ministrandi locus. Denuo *Bartenora* ad Cap. VI. Sevachim Mischna II. עיקר מקומה בקרן דרומית מזרחית מפני שקרובה לבית הדשן לזרוק שם מוראת ונוצה כרכתיב והשליך אותה אל מקום הדשן וכשהיא רבה שם שיש כהנים הרבה באותה הקרן עסוקים בעולות ואין לזה מקום לעמוד בסובב דעולת העוף נעשית למעלה בא לו לקרן דרומית מערבית שאף היא סמוכה לבית הדשן יותר משאר שתי קרנות שבית הדשן סמוך לכבש הוה במזרחו של כבש ולדרומו של מזבח *Primo offeruntur Victimæ illæ ad Cornu Euro-Australe. Hoc enim vicinum est foco cineris, quo proiici solent ingluvies & plumæ secundum Lev. I. 16. Et proiicient illam in locum cineris. Si verò multi Sacerdotes in illo cornu occupati essent in holocaustis & ministranti Sacerdoti non esset standi locus in altaris ambitu* (holocausta enim avium parabantur superius in altari) *accedebat cornu Zephyro-Australe foco cineris vicinius reliquis duobus cornibus. Locus enim cineris vicinus clivo erat ad orientem clivi ad meridionalem altaris plagam.*

§. XXII.

Libaminibus Vini & Aquæ inserviebat cornu Zephyro-Australe. *Sevachim* c. VI. Mischna II. קרן דרומית מערבית היתה משמשת לניסוך המים והיין *Cornu Zephyro-Australe inserviebat libationi aquæ vinique.* Sacerdos enim vinum cum ferto, aut vinum & aquam festo Tabernaculorum libaturus, ascendebat per sinistrum clivi latus, orientem versus altare circuibat donec ad cornu Zephyro-Australe se contulisset, ubi duo erant simpula argentea, alterum vino alterum aquæ recipiendis destinatum. Vino in libæum vini & aqua e libæo aquæ in libæum vini & vice versa effusa liquorem transmittebat per libæorum foramina inferiora in altaris duo foramina ad profundas quasdam concavitates, hoc tamen

tamen cum discrimine ut tempore tabernaculi erecti in altari æneo liquor in terram; tempore vero templi secundi in foveam subterraneam defluëret, memorante *R. Salomone* in Exod. XXIX. 40.

שני ספלין של כסף היו בראש המזבח ומנוקבין כמין שני חושמין דקים נותן היין לתוכו והוא מקלח ויצא דרך החוטם ונופל על גג המזבח ומשם יורד לשיתין במזבח בית עולמי ובמזבח הנחשת יורד מן המזבח לארץ

Duæ phialæ argenteæ erant in summitate altaris eæque perforatæ ad instar geminorum orificiorum minutorum vinum infundebat (sacerdos) *in illam* (phialam) *idque emanabat & effluebat per orificia illa atque destillabat in tectum altaris, hinc descendebat ad fundamenta altaris templi; in altari vero æneo descendebat* (vinum) *ab altari in terram.* Libationem vero ad cornu memoratum fuisse peractam perhibet *Maimonides* in Hilcos Maase Hakkorb. Cap. VII. §. XII.

המנסך מים או יין כשהוא מקיף את המזבח לא יהיה בידו כלום ומתחיל ומקיף מקרן דרומית מזרחית למזרחית צפונית לצפונית מערבית למערבית דרומית ולא יהיה בידו כלום וכשמגיע למערבית דרומית נותנין המים או היין בידו ומנסך ואם לא הקיף עולה ופונה על שמאלו ועושה מלאכתו ויורד i. e. (Sacerdos) *libans aquam aut vinum cum circumiret altare nihil quicquam in manu gerebat. Primum vero circumibat, a cornu Euro-australi* (se conferebat) *ad* (cornu) *Euro-Boreale*, (porro) *ad Zephyro-Boreale* (tandem) *ad Zephyro-Australe, nihil quicquam manu gerens; Cum vero ad Cornu Zephyro-Australe pervenisset, porrigebatur ei vinum aut aqua a Sacerdote libanda, si per suggestum non ambulasset conversus ad lævam opereque confecto descendebat.* Libamen aquæ in festo tabernaculorum describitur in Succa Cap. IV. Mischna IX. hocque ritu absolvebatur ניסוך המים כיצד צלוחית של זהב מחזקת

ג׳ לוגים היה ממלא מן השילוח הגיעו לשער המים
תקעו והריעו ותקעו עלה בכבש ופנה לשמאלו ב׳ ספלים
של כסף היו שם מערבי של מים מזרחי של יין עירה
של מים לתוך של יין ושל יין לתוך של מים יצא

Libatio aquæ quomodo facta est? Ampulla aurea continens tres logos implebatur aqua Siloam. Cum ventum esset ad portam aquarum, clangebant tubis, sono partim fixo partim fracto. Ascendit Sacerdos in clivum altaris seque convertit ad sinistram, ubi duo erant simpula argentea, occidentalius aquæ orientalius vino libando inserviens. Infusa aqua in illud, quod vino erat destinatum & vice versa defungebatur officio suo. Cum aliquando Sadducæus quidam, cui ritus libandi non arridebat, aquam non simpulis sed humo affudisset, ritum hunc ortum ferunt, ut elatis manibus in conspectu totius populi libamina effunderet Sacerdos, & adstantes libaturo dicerent: הגבה ימינך *Eleva manum*, ut videre possent, an aquam Simpulo infunderet? Referunt hæc *Gemarici* in Succa f. XLVIII. col. II. & miram de cornu altaris fracto narrant historiam: ת״ר מעשה בצדוקי
א׳ שניסך על גבי רגליו ורגמוהו כל העם באתרוגיהן
ואותו היום נפגמה קרן המזבח והביאו בול של מלח
וסתמוהו לא מפני שהוכשר לעבוד אלא מפני שלא
יראה מזבח פגום שכל מזבח שאין לו לא כבש ולא
קרן ולא יסוד ולא ריבוע פסול לעבודה *Referunt Rabbini nostri Sadduceum quendam libamina affudisse humo, unde totum cœtum Sacerdotem hunc malis citreis petiisse* [ob lapides autem ad cornu proiectos] *fractum fuisse unum altaris cornu. Hinc quadratam Salis molem cornu loco altari apposuisse & obturasse, non quod per obturationem hanc aptum reddi putarent ministerio, sed ne altare mutilatum videretur, omne enim altare clivo, cornu, fundamento & quadratura destitutum, ineptum est.* Patet hinc simul, Sacerdotem vinum libaturum liquorem simpulo infudisse, non vero ad altaris

ris basin effudisse, ut *Ioh. Lightfootus* de Min. T. Hier. c. VIII. Sect. V. Tom. I. Opp. p. 715. censet, innixus forte Suffragio *Maimonidis*, qui in Hilcos Maase Hakkorbanos Cap. II. §. I. vinum libationi destinatum ad altaris basin effusum asserere videtur. יתנסך היין על גבי המזבח ואין נותנין אותו על האש אלא מגביה ידו ויוצק על היסוד והוא יורד לשיתין *Vinum in altari libatur neque igni infunditur, sed* [sacerdos] *libans manum attollit, atque super basin effundit, quod in cavernas se exonerat.* Verum Maimonidem & hic a *R. Abraham ben David* refutatum nostræ socium sistit Sententiæ *R. Ioseph Kaaro* in Ceseph Mischne ad h. l. Tandem & Fertis cornua inserviebant. Sacerdos enim fertum e phiala aurea vel argentea depromptum vasique sacro impositum consecrabat & oleo thureque conspergebat. Hoc peracto se conferebat ad cornu Zephyro-Australe & stabat a latere cornu meridionali. Collocato autem thure ad partem alteram sumebat pugillum ex illa parte in quam oleum infuderat, imponens illud medio alterius vasis sacri. Collectum denique thus reliquæ massæ imponebat, ad summum altare ferebat, sale condiebat ignique iniiciebat, reliquis sibi servatis. Calculo suo comprobat dicta de Oblatione fertorum *Maimon.* in Hilc. Maas. Hakkorb. c. XIII. §. XII. ritum offerendi ita describens: סדר הבאת המנחה כיצד מביא אדם סולת מתוך ביתו בקלתות של כסף או של זהב או של שאר מיני מתכות כלי שהוא ראוי לכלי שרת ואם היתה מנחת הסלת נותנה לכלי שרת ומקדשה בכלי שרת ואם היתה מן המנחות הנאפות אופה אותה שם במקדש ופותת ונותן הפתיתין לכלי שרת ונותן עליה שמנה ולבונתה ומוליכ' אצל כהן והכהן מוליכה אצל המזבח ומגישה בקרן דרומית מערבית כנגד חודה של קרן וכו' וכו' *Fertum quomodo offerebatur? Resp. Offerens e domo sua adducebat similam in calathis sive argenteis sive aureis vel etiam alio*

e metallo fusis modo essent apta ministerii vasis. Si fertum esset simi-
Lagineum imponebatur vasi sacro inque eo consecrabatur. Si fertum
coctile coquebatur in Sanctuario & frangebatur. Erusta vasis sacris
indebantur, oleum affundebatur, thus imponebatur & ad sacerdotem
ferebatur. Sacerdos ea ferebat ad altare, & quidem ad cornu eius-
dem Zephyro-Australe & quidem ad angulum cornu, & hoc ritu of-
ficio suo fungebatur. Eodem modo reliqua quæ in oblatione fertorum observabantur Maimonides delineat. Conf. *Thosiphta* Menachos. c. I. & *Ioh. Lightfootus* de Min. T. Hierosol. Tom. I. Opp. p. 715.

§. XXIII.

Tandem Cornua Altaris Perfugium præbuisse nec ulli insontes hinc abripere licuisse, evidens videtur ex Historia Adoniæ & Ioabi. De illo enim I. Reg. I. 50. ואדניהו ירא מפני שלמה ויקם וילך ויחזק בקרנות המזבח *Adonia vero Salomonem timebat, surrexit, ivit & apprehendit Cornua Altaris.* De hoc I. Reg. II. 28. וינס יואב אל אהל יהוה ויחזק בקרנות המזבח *Et fugit Ioabus ad tentorium Iehovæ & amplectebatur altaris cornua.* Iudæi tamen cornibus altaris omnem denegant homicidam tuendi potentiam, asserentes, Altare Asyliam nonnisi בגגו in summitate sua præbuisse. *R. Moses Maimonides* in Hilcos Rozeach Uschemirasch Nephesch Cap. V. §. XII. & XIII. המזבח קולט שנאמר בהורג בזדון מעם מזבחי תקחנו למות מכלל שהחורג בשגגה אינו נהרג במזבח לפיכך החורג בשגגה וקלטו מזבח והרגו שם גואל הדם הרי זה נהרג עליו כמי שהרגו בתוך עיר מקלט אין קולט אלא גגו של מזבח בית העולמים בלבד h. e. *Altare Asylum erat. Dicitur enim de homicida voluntario (Exod. XXI. 14.) Rapies eum de altari meo ad mortem. Unde fluit, homicidam per errorem ad altare occidi non posse. Quapropter si homicida per errorem ad altare se contulisset, & a vindice sanguinis trucidetur, is capite plectebatur*

non

559.

non secus ac si in urbe refugii manus violentas alteri intulisset. Solum vero altaris tectum in templo asyliam præbet. Subiungit Maimon neque altaris cornua eo confugientibus receptum dedisse, או אוחז בקרנותיו אינו נקלט *etiamsi apprehenderit aræ cornua, non servatur.* Hinc mortis Ioabi Rabbini hanc volunt causam, quod non tectum sed altaris cornua manu prehendisset. Ita enim *R. Is. Abrbanel* in Peruschal Neviim Rischonim fol. CCI. col. I. ואמרו ז"ל במסכת סנהדרין אמר רב יהודה אמר רב שתי טעיות טעה יואב טעה שאין המזבח קולט אלא גגו והוא תפש בקרנותיו טעה שלא היה קולט אלא מזבח עולמים והוא תפש בקרנות המזבח אשר בשילה אמר אביו בהא נמי מיטעא טעה שאינו קולט אלא כהן ועבודת בידו והוא זר היה h. e. *Dicunt Doctores nostri p. m. in Sanhedrin* (aut si mavis in Maccos cap. II. fol. XII. col. I.) *R. Iehuda dicere nomine Rabh duos errores Ioabum commisisse. Alter est quod cornua altaris prehenderit, cum tamen altare refugium præbeat, nonnisi tectum occupanti. Alter vero quod arripuerit cornua altaris Siluntici, cum tamen nonnisi altare templi asyliam concedat. R. Abbai addit alium erroremerrasse Ioabum, quod extraneus cornua prehenderit, cum tamen altare non nisi refugium sit Sacerdotis in ministerio suo occupati.* Conf. *R. Ioseph Kaaro* in Ceseph Mischne ad Maim. loc. cit. *R. Bechai* in Biur al Hattora ad Exod. XXI. *R. David Kimchi* in I. Reg. XX. *R. Levi ben Gerson* in Exod. XXI. & *Ioh. Seldenus* de I. N. & G. Lib. IV. cap. II. Verum Autores hi admodum sibi verba dant; comprobat enim exemplum Adoniæ, Altaris cornua asylum præbuisse vitæ suæ metuentibus, & Ioabum cornua Altaris ob causam longe aliam apprehendisse, ibique vitæ pœnas dedisse, infra probatum dabo. Antequam id fiat, inquirendum iudico: Quosnam tandem cornua altaris sartos tectosque servarint? Rabbini cornua hæc solos sacerdotes & quidem in altari sacris operam dantes servasse volunt. *R. Moses Maimonides* in Hilc. Rozeach c. V. §. XIII.

אין קולט אלא כהן ועבודה ביוד אבל זר או כהן שאינו עובד בשעה שנהרג אינו נקלט *Altare non receptum dat nisi sacerdoti sacris litanti. Is vero qui alienus est* (a functionibus sacerdotalibus) *aut is qui non ministrat dum occiditur, non recipitur.* Conf. *Maccos* f. XII. col. I. Verum & heic Rabbinos a veritatis tramite aberrare tam exemplum Adoniæ quam lex Exod. XXI. 14. lata ostendit, quam DEus non sacerdotibus tantum, sed omnibus dedit Israelitis כי יזיד איש על רעהו להרגו בערמה מעם מזבחי תקחנו למות *Quum quis data opera insurrexerit contra proximum suum, interfecturus eum astu, eum ab altari meo rapito ad mortem.* Id quod illo ævo erat necessarium, quo urbes refugii nondum erant exstructæ, nec homicida involuntarius haberet, quo fuga vitæ suæ consuleret. Equidem Rabbinorum nonnulli legem hanc inprimis sacerdotibus latam volunt, unde & *R. Salomo* in l. c. אם היה כהן הרוצה לעבור עבודה תקחנו למות *Si fuerit*, inquit, *sacerdos operamque dare voluerit sacris, eum rapies ab altari ad mortem.* Targum Jonathan: אפילו כהנא הוא ומשמש על גבי מדבחי מתמן תסכונוניה ותקטלוניה בסייפא *Etiamsi sacerdos ipse fuerit & ministraverit ad Altare meum eum tamen inde rapient & occident gladio.* Et Targum Hierosolymitanum: אפילו הוא כהנא רבא דקאי ומשמש קדמוי מן תמן תסכון יתיה ותקטלון יתיה *Licet ipse Sacerdos maximus fuerit, qui stet & ministret mihi, inde tamen rapiatur & occidatur.* His tamen reliqui non accedunt, qui altare hoc omnibus patuisse asserunt. *R. Isaac ben Aramah* in Akedas Iizchak fol. CLIV. col. I. נראה שהיה מנהג לחנצר בבית אלהים ואצל מזבחו כמו שהוא המנהג היום בין האומות לזה מה שהוצרך הכתוב לומר שתרוצח יוקח מעם המזבח אבל אם היה כהן ועומד על המזבח לא יוציאוהו עד שיגמור עבודתו *Videtur*

Videtur more receptum fuisse, ut (homicidæ non voluntarii) *tutelæ causa fugerent in DEi domum prope altare, quemadmodum hodienum adhuc mos is observatur apud alias gentes. Ideo etiam scriptura dicit, ut quicunque data opera homicidium patraverit abripiatur ab altari. Sacerdos autem adstans altari, non aufferatur priusquam colophonem ministerio imposuerit.* Conf. & *R. Isaac Abarbanel* in h. l.

§. XXIV.

Omnibus itaque altaris cornua apprehendere licuit, non tamen cuivis asyla fuerunt, nisi homicidis tantum per errorem. Distingvunt quippe Rabbini inter Cædem בכוונה voluntariam & e deliberata voluntate, & בלא כוונה ἄνευ προαιρέσεως involuntariam. Cædis involuntariæ tres ponunt species: Prima est אם הרג אותו בשגגה si quis proximum ex ignorantia & quidem non simulata trucidasset. Homicidii huius præter Scripturam Num. XXXV. 22. Deut. XIX. 5. *R. Levi ben Gerson* in Exod. XXI. dat exemplum שיבא ביער לחטוב עצים ונשל הברזל מן העץ ומצא את רעהו ומת *si quis iverit* (cum socio) *in sylvam ad cædendum ligna decideritque ferrum de manubrio securis quod offendat socium, ita ut moriatur.* Secundæ annumerant illum, qui ex ignorantia quidem cædem commisit, violentiæ tamen speciem præ se ferentem; v. c. si quis per scalam ascendat ac retro procidens socium interimat, aut trabem sursum trahat eaque decidente socium interficiat. Ad tertiam denique cædis involuntariæ speciem eum referunt, qui excusso in coronam hominum saxo aliquem occidit, quem lapide petere ipsi animus non erat. Cædis huius involuntariæ species e Maccos recenset *Maimonides* in Hilcos Rozeach Uschemiras Nephesch Cap. VI. §. I. & seqq. שלשה הם ההורגים בלא כוונה יש הורג בשגגה והעלמה גמורה וזהו שנ׳ בו ואשר לא צדה ודינו שיגלה לערי מקלט וינצל ויש הורג ותהיה השגגה קרוב לאונס והוא שיארע במיתת זה מאורע פלא שאינו מצוי ברוב מאורעות בני אדם ודינו שהוא פטור מן הגלות ואם הרגו גואל הדם

נהרג עליו ויש הורג בשגגה ותחת השגגה קרובה לזדון
והוא שיהיה ברבר כמו פשיעה או שהיה לו להזהר ולא
נזהר ודינו שאינו גולה מפני שעונו חמורה אין גלות
מכפרת לו ואין ערי מקלט קולטות אותו שאינן קולטות
אלא המחוייב גלות בלבר לפיכך אם מצאו גואל הורגו
בכל מקום והרגו פטור *Tres ſunt homicidii involuntarii ſpecies*
(1.) *ſi quis per errorem & invitus plane cædem committit. De hoc dicitur* (Exod XXI 13.) *Si dolum non ſtruxerit alteri, hic licite aſylum petere poteſt, ibique ſervatur* (2) *ſi quis cædem per errorem commiſerit prope tamen accedat cædi violentæ. Nempe ſi accideret caſus rariſſime eveniens. Occiſor liber eſt ab exilio, vindexque ſangvinis eum interficiens capite plectitur,* (3.) *ſi alterum per errorem enecet, ita tamen ut proxime accedat ad homicidium proæreticum, v. gr. ſi quis interficiatur per plagas nimias (ab altero ipſi illatas) aut proximum monere debuiſſet, eum vero non monuit. Is enim ad aſyla ſe conferre nequit, quoniam peccatum hoc gravius eſt, quam ut aſylo expiari queat. Neque enim aſyla cuiquam refugium concedunt, niſi quibus licitum has adire civitates. Quod ſi vindex ſangvinis eiusmodi homicidam occideret, nullius criminis reus habetur.* Primæ ergo ſpeciei homicidis cornua altaris non proderant, ſecundæ nec Vindici ſangvinis erant obnoxii, nec Altaris cornua amplecti tenebantur. Tertiæ ſpeciei homicidis nulla veniæ ſpes erat, hinc nec cornua eis Aſylum præbuere. Singulari tamen gaudebat immunitate Pater filium aut Ludimoderator diſcipulum caſtigans quoties legi vel inſtitutioni Rabbinorum immorigeri plagis excepti enecatique eſſent, ut & lictor qui reum in ius vocatum ſed reluctantem per flagellationem XL. plagarum occideret. Hi erant liberi a migratione ad altaris cornua aut Aſyla, Vindicis vim plane non metuentes. *R. Moſes ben Maimon* in Hilcos Rozeach Cap. V. §. V. & VI.

הבן שהרג את אביו בשגגה גולה וכן האב שהרג את
בנו גולה במה רבים אמורים בשהרגו שלא בשעת
לימוד

לימוד או שהוזה מלמדו אומנות אחרת שאינו צריך לה
אבל אם יסר בנו כדי ללמדו תורה או חכמה או
אומנות ומת פטור וכן הרב המכה את תלמידו או שליח
ב"ד שהכה את בעל דין הנמנע מלבוא לדין והמיתו
בשגגה פטור מגלות שנא' לחטוב עצים לדברי הרשות
יצא האב המכה את בנו והרב הרודה את תלמידו ושליח
בית דין שהרי שגגו והרגו בשעת עשות המצות

Filius qui Patrem exanimaverat per errorem aut Pater qui filium enecaverat Asylum petebat. Pari modo si occidisset (filium) *non propter discendum eum castigando aut inter alias artes quam quæ discere tenebatur. Si vero castigasset filium docens eum legem aut Philosophiam aut alias artes necessarias atque ita exanimaret, liber erat. Ita etiam se habebat cum Ludimoderatore castigante discipulum suum, ac Lictore Synedrii, qui reluctantem reum casu occideret, hic enim Asylum petere non tenebatur. Exstat enim in Scriptura S. lex de ligna findente & de factis aliis in libero arbitrio positis. Excipiendus hic tamen Pater filium ita verberibus excipiens & Ludimoderator discipulum sic castigans & lictor Synedrii. Ex errore enim cædes hæc oritur, dum iure illud faciunt, quod facere fas erat.* Eadem fruebatur immunitate, qui alienigenam aut proselytum portæ interfecerat; neque enim is cædis ergo Asylum petere cogebatur, cum illi non sint בני ברית socii fœderis seu genuini Israelitæ. Denuo *Maimon.* in Hilcos Rozeach Cap. II. §. X. אחד ההורג את ישראל
או ההורג עבד כנעני הרי זה נהרג עליו ואם הרג בשגגה
גולה ישראל שהרג גר תושב אינו נהרג עליו בבית דין
שנאמר וכי יזיד איש על רעהו ואין צריך לומר שאינו
נהרג על הגוי *Idem est*, inquit, *enecare Israelitam ac servum Cananæum; ob utramque enim cædem morte plectitur. Si autem per errorem cædem commiserit Asylum petit. Iudæus qui proselytum portæ trucidaverit, morte non mulctatur a Synedrio per legem Exod.*

XXI. 14. Quum quis irruerit in proximum suum. Et dictu supervacaneum est, neminem occidi ob Ethnicum. Eo collimare censet *R. Salomo* legem Exod. XXI. 14. כי יזיד *si data opera molitus fuerit proximi necem.* Addit enim: למה נאמר לפי שנ׳ מכה איש וגו׳ שומע אני אפילו גוי ורופא שהרג ושליח ב״ד שהמית במלקות ארבעים והאב המכה את בנו וחרב חרופה את תלמידו וחשונג ת״ל וכי יזיד ולא שונג על רעהו ולא על עכ״ם להרגו בערמ׳ ולא שליח ב״ד והרופא והרופה בנו ותלמידו שאע״פ שהכם מזידין אין מעלין h. e. *Cur hic additur: Si quis data opera necem molitus fuerit? Resp. Si solum dixisset lex, qui percutit virum, posset hoc primo intuitu intelligi etiam de servo, medico & lictore Synedrii, qui interficit per fustigationem XL. plagarum, nec non de patre, plagis excipiente filium suum, de Ludimoderatore discipulum castigante, ut & de illo, qui per errorem enecat alterum. Hæc dubia ut tollantur, additur in lege* כי יזיד *si data opera molitus sit necem non per errorem. Additur* להרגו על רעהו *non vero contra alienigenam. Porro subiicitur* בערמה *ut dolo eum interficiat. Denuo ergo excipitur Synedrii Lictor, medicus, Pater filium castigans & Ludimoderator; qui data licet opera, non tamen dolo agunt.* Conf. Medrasch *Mechilta* fol. XXIX. col. IV.

§. XXV.

Facile hinc cognoscitur: Cur Ioabo cornua amplectenti tamen non profuerint? Quia enim cædis voluntariæ Abneri & Amasæ reus, ab Altari rapiendus erat, Exod. XXI. 14. Hanc necis Ioabi causam vult *Abarbanel* in Perusch al Hattora f. CLXXIX. col. II. האמנם אמר וכי יזיד איש על רעהו להורגו בערמה לעשות חלוקה אחרת והיא מהגורם מות לחביריו בערמה ובמרמה אף על פי שלא יכוון ביהו כי זה לרשעתו וערמתו

562.

וערמתו להרוג את הנפש לא ולקוט אותו שום מקום
ואפילו שיהיה כהן ועומד על המזבח לעבוד עבודה
שהוא מקום היותר מיוחד לכפר מאותו מקום קדוש
תקחנו למות בבית דין וזה היה ענין יואב בן צרויה
שחשב למלט את נפשו בהאחזו בקרנות המזבח ושלא
יקחוהו משם ושלמה המלך צוה את בניהו שאם לא ירצה לצאת
יהרגהו שמה כי לא אמרה תורה מעם מזבחי תקחנו למות
להוֹרות שאין לבית דין רשות להורגו שם אלא ע"ד הנוזמא
נאמר שלא יהיה לרוצח מכוס אפר על המזבח *Scriptura*
in verbis: Si quis data opera molitus fuerit, proximi necem, discrimen facit inter illum, qui mortis alterius per dolum est causa, licet ipse eum non interficiat. Eiusmodi homicida in nullo loco asyliam habet, quamvis sit sacerdos & sacro cultui operam navet, & licet alias locus hic expiationi aptissimus sit, nihilominus tamen a synedrio etiam ab hoc loco sanctissimo rapi debebat ad mortem. Et hæc est ratio (mortis) Ioabi filii Zeruiæ. Putabat enim optime consultum iri vitæ suæ, si prehendisset cornua altaris, nec se ab altari rapi posse. In mandatis tamen dedit Salomo Benaiæ, ut si Ioab egredi nollet, morte eum ad altare afficeret, quoniam scriptura nullibi iubet eum ab altari rapi. Quo ipso indigitatur fas non esse Synedrio (ad altare) aliquem occidendi. Quando vero scriptura huius rei facit mentionem solum hyperbolice loquitur innuens homicidæ nullibi esse refugii locum, ne quidem in altari. Aliam adducit causam in Peruschal Neviim Rischon. fol. CCI. col. II. hanc nempe quod Ioabus gloriæ Regni Israelitici damnum inferre decreverit cum Adoniæ nomen dedisset.
וחסתכל שלמה לצוה את בניהו שיוציא את
יואב מאתו חשם ולא שיסירהו מקרנות המזבח אבל
צוה לבני פנע בן רוצה לומר בכל מקום אשר יהיה
שם

שם והיה זה לפי שהמזבח ליואב לא היה קולט
מהסבורה שזכרתי כמו שא"חזל בסנהדרין או לפי שהיה
בעין יואב חלוק כבוד המלכות ומפני זה לא היה
המזבח קולט אליו כמו שגם כן לא תקלות במה שיש
בו חלוק השם *Observa: Salomonem Benaiæ non præcepisse, ut Ioabum raperet e Tabernaculo, neque ut eum amoveret ab Altaris cornibus, sed solum præcepit, ut eum feriret i. e. quovis in loco. Idque ideo quia altare Ioabo tutelam præstare non poterat ob rationes ante allatas e Doctoribus nostris in Sanhedrin* (verius Maccos.) *Poterit & hæc addi causa; Quoniam in Ioabi iniquitate erat profanatio gloriæ Regni; Ideo altare ei tutelam non præbuit, uti nec ei qui nomen divinum profanat. R. Isaac ben Aramah* in Akedas Iizchak fol. CLIV. col. I. existimat, Ioabum non ideo ad cornua Altaris se contulisse, quod vitæ suæ ob Abneri & Amasæ cædem metueret, sed quod veritus ne forte a Salomone interficeretur Adoniæ partes secutus. והנה יואב ליראה חשב להמלט שם אלא
מאשר נטה אחרי אדוניהו כי חשב שלא יהרגהו שלמה
על מיתת עמשא מפני כבוד אבו שלא יאמרו קטנו
עבד ממתניו כמו שנראה שחשש לזה דוד באומרו
ועשית כחכמתך וגו' הוא מה שאמר הכתוב והשמועה
באה עד יואב כי יואב נטה אחרי אדוניהו ואחרי
אבשלום לא נטה וכן יואב אל אהל ה' ויחזק
בקרנות המזבח שהכוונ' שראה עצמו באשמה עצומה
אצל שלמה מנטותו אחרי אדוניהו לברו כי אם היה
נוטה אחרי אבשלום ואמ' כי לסבת המלכות היה
עושה כמ"ש חושי לאבשלום כאשר עברתי לפני אביך
כן אהיה לפניך ועכשו אין לו התנצלות כלל
ולזה

ולזה נמלט באהל ה׳ ויחזק בקרנות המזבח

Ecce Ioabus non ea intentione se ad altaris cornua contulit, ut eriperetur (ob Amasæ homicidium) sed quod Adoniæ nomen dedisset. Non enim cogitabat se a Salomone enecatum iri ob cædem Amasæ illatam propter honorem, quem (Salomo) *Patri suo debebat, ne dicerent* (subditi) *minimus eius digitus densior est lumbis Patris eius* (*I. Reg. XII.*) *videtur enim hoc in animo habuisse David, dicens: Facies iuxta sapientiam tuam &c. & hoc est quod Scriptura dicit: Hoc rumore ad Ioabum delato ivit Ioabus, nam Ioab Adoniæ adhæserat non vero Absalomo, fugitque Ioabus ad tentorium Domini & prehendit cornua Altaris. Hæc autem eius fuit intentio, quod videret delictum adversus Salomonem commissum, eo quod Adoniæ adhæserat soli, nam si etiam Absolomo nomen dedisset, causam potuisset prætendere hoc propter Regnum esse factum, quemadmodum Chusius Absoloni fecerat* (dicere potuisset) *quemadmodum Patri tuo a ministeriis fui ita & tibi ero, nunc vero nullam impetrare potuit gratiam, ideo fugiebat ad tentorium Domini cornua altaris prehendens.* Alii Ioabum cædis Amasæ & Abneri se reum agnovisse opinantes, putant Ioabum ad altaris cornua confugisse non tutelæ causa, sed ut sepelirctur in tumulis Patrum suorum, quod factum non fuisset, si per Synedrii decretum diem obiisset supremum. Ita enim in *Sepher Rabbos* fol. CCLXXXV. commentatur: ומי היה זה שברח למזבח ונהרג יואב שנא השמועה באה עד יואב ונומר אל אהל ה׳ ואומר תחכמוני ראש חשלישי לא היה יודע שכתוב בתורה וכי יזיד איש על רעהו ונומר שהלך והחזיק בקרן המזבח אלא אמר הרוגי ב״ד אין נקברין בקבות אבותיהם אלא הם לעצמן מוטב לי שאמות כאן ואקבר בקבורה אבותי *Quis fuit ille, qui fugit ad altare & interfectus est? Resp. Ioabus. Scriptum enim est I Reg. II. 28. Ioab rumore hoc percepto fugit ad tentorium Domini. Numquid ergo dicerem Ioabum sapientem illum* (ita exponit Autor תחכמוני 2. Sam. XXIII.

XXIII. 8.) *& ducem tribunorum ignoraſſe legem* (Exod. XXI. 14.) *Si qua data opera inſurrexerit unus adverſus alterum &c. ut iret & apprehenderet altaris cornua? Reſp. non hæc fuit fugæ Ioabi cauſa, ſed cogitabat a Synedrio necatos non ſepeliri in ſepulchris Patrum ſuorum, verum ſeorſim. Hinc ſatius, ait, eſt hic me mori, ut ſepeliri queam in ſepulchris Patrum meorum.* Sunt denique alii qui cenſent Ioabum ideo ad cornua Altaris fugiſſe, ut facultates ſuas ſervaret, quod non impetraſſet, ſi alibi fuiſſet occiſus; Cedebant enim tunc fiſco Regio. Ita enim Gemarici in *Sanhedrin* cap. VI. docent: תנו רבנן הרוגי מלכות נכסיהן למלך הרוגי בית דין נכסיהן ליורשין h. e. *Tradunt Magiſtri. Eorum qui Regis iuſſu interficiuntur bona cedunt fiſco Regio, eorum, qui ex Senatus decreto morte affecti ſunt hæredibus.* Et paulo inferius: למאן דאמר נכסיהן למלך חיינו דכתיב וינס יואב אל אהל ה' ויחזק בקרנות המזבח וכתיב ויאמר לו אצא כי פה אמות אלא למאן דאמר נכסיהן ליורשין מאי נפקא לה מיניה לחיי שעת *Sententia eius, qui dicit bona occiſorum Regis iuſſu cedere Regi confirmatur e I. Reg. II. 28. Fugitque Ioabus ad tabernaculum Domini prehenditque cornua altaris. Item e verbis (v. 30.) non exibo ſed hic moriar ad vitam prorogandum.* Vera ratio fugæ ad cornua altaris, deducenda videtur e facto Abiathâris, quod Joabus ſe impunè imitari poſſe putabat. Cum enim Abjathar ejusdem criminis cum Adonia reus, veniam culpæ a Salomone impetraſſet, Joabus ſpe eâdem fretus ſe mortem evaſurum putabat, ſi ad domum DEI confugeret & cornua altaris apprehenderet. Sed quoniam Joabus non ſolùm Regem, Solium Davidis occupantem contumelia cumulaſſet ſed & Abnerem ac Amaſam truciduſſet, gratiam impetrare nullo modo potuit nec fuga ad altaris cornua ſibi ſalutem conciliare. Conf. *Humphridus Prideaux* in Moſen Maimonidem de jure pauperis & peregrini ap. Judæos p. 166. *R. Moſes* Mikotzi Præc. affirm. LXXV. *Oſiander* de Aſyl. Hebr. §. XXII. *J. Ligtfootus* in Deſcript. T. Hieroſ. Tom. 1. Opp. fol. 635. *Georg. Mœbii* Aſylologia ſacra

cap.

cap. II. *Georg Rittershusius* de Jure Asylorum cap. VIII. & *Gothof. Voigtius* in Thysiasterologia cap. XVII. §. XXII. Tandem etiam notandum, eum qui ob homicidium involuntarium cornua altaris prehendit, non ibidem moram nectere, sed conductu stipatum in urbem refugii migrare debuisse. Ita enim *Maimonides* in Hilc. Roz. Cap. V. §. XIV.

מי שקלטו המזבח אי׳ מניחי׳ אותו שם אלא מוסרים לו שומרים ומגלים אותו לעיר מקלטו *Cui altare tutelam præbuit in eo non nectebat moras, sed custodibus additis eum ducebant in refugii urbem,* (ut ibi maneret in exilio.)

§. XXVI.

Tandem ad gentilium aras festinare & quædam de eorum aris cornibus ornatis fari operæ duxi pretium. Nam & gentilibus aras cornibus instructas in usu fuisse fide digni testantur Autores. De Græcis *Nonnus* Dionysiac. Lib. XLIV. n. 96. refert Agaven sacrificium offerentem in excelsum montem adscendisse, ϗ ἐυκεράῳ παρὰ βωμῷ & *pulchre cornuto in altari* ovem obtulisse fœminam cornuto comitem masculo tauro. Poematium ara, quæ vulgo Dosiadæ dicitur cornibus ornata fertur & quidem Glossa ad Aram Dosiadæ notante: λέγεται δὲ ἐκ δεξιῶν κεράτων ΠΕΠΛΕΧΘΑΙ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ μόνον, ἐκ δὲ ἀριςερῶν ȣ̓δαμῶς; *fertur autem e dextris cornibus structam solum aram, e sinistris autem neutiquam.* Eo enim devenerunt gentiles, ut aram totam e cornibus Cynthiadum caprearum a Diana interfectarum conflatam, Apollini Delio sacrarent. Meminit huius βώμȣ κερατίνȣ *Callimachus* Hymno in Apollinem v. 60.

Αρτεμις ἀγρώσσȣσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων Φορέεσκεν, ὁ δ᾽ ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων.
Δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Εκ κεράων, κεραȣ̀ς δὲ πέριξ ἱπεβάλλετο τοίχȣς

Diana venata capita assidue caprearum
Cynthiadum afferebat, ipse vero compingebat aram Apollo
Construxit quidem cornibus fundamenta, compegitque aram
Ex cornibus: cornua vero undique opposuit parietibus.

Eiusdem in Delo aræ mentionem facit *Diog. Laertius* in Vita Pythagoræ L. VIII. segm. XIII. p. 499. ἀμέλει καὶ βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τῷ Ἀπόλλωνος τῷ Γενέτορος, ὅς ἐστιν ὀπισθεν ΤΟΥ ΚΕΡΑΤΙΝΟΥ. Διὰ τὸ πυρὸς καὶ κριθὰς, καὶ τὰ πόπανα μόνα τίτεσθαι ἐπ' αὐτῷ ἄνευ πυρός, ἱερεῖον δὲ μηδὲν ὡς Φασιν Ἀριστοτέλης ἐν Δηλίων πολιτεία; *Denique aram Delii tantum Apollinis Genitoris veneratus esse fertur, quæ pone corneam est; quod in ea frumentum & hordeum, & placentulæ solæ absque igne, nulla autem victima apponeretur, ut ait Aristoteles in Deliorum Republica* vid. & *Angel. Politianus* 52. Miscellan. Num vero ad aram hanc exstruendam dextera tantum adhibita fuerint cornua, certo asserere non audeo; *Plutarchus* equidem de Solert. Animal. T. II. Opp. p. 983. e dextris aram hanc compactam asserit: Δήλῳ δήποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰναῶ, τὸν κεράτινον βωμὸν εἶδον ἐν τοῖς ἑπτὰ καλουμένοις θεάμασιν ὑμνούμενον, ὅτι μήτε κόλλης δεόμενος, μήτε τινὸς ἄλλης δεσμῆς, διὰ μόνων τῶν δεξιῶν συμπέπηγε καὶ συνήρμοσται κεράτων. *Tale quid in Delo & Phœbi me cernere templo memini: nempe aram cornutam, quæ inter septem mundi miracula celebratur: quod neque glutine ullo neque aliis vinculis cohærens, e solis cornibus dextris compacta est*, in Theseo vero T. I. Opp. p. 9. aram in Delo e sinistris etiam cornibus conflatam tradit: ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον εὐωνύμων ἁπάντων. *Saltavit autem circa aram Ceratonam e cornibus sinistris omnibus compactam.* Narrat aram hanc inter mundi miracula positam, *Martialis* de Spectac. Epigram. I. v. 3.

Nec Triviæ templo molles laudentur honores
Dissimuletque DEum cornibus ara frequens.

Et *Ovidius* in Epistola Cydippes ad Acontium:

Miror & innumeris structam dē cornibus aram.

Romanos græcorum vestigia pressisse, arasque suas cornibus decorasse optimæ notæ testantur Autores. Quin etiam altaria lapidea, quæ inter parietinas urbis Romæ ruinas videntur, religionis notam in cornibus referre, ostendit *Fortunatus Scacchus* in Elæochrism. sacr. Myrothec. II. cap. LXV. Nummi etiam quibus testes rerum harum fide magis dignos non habemus altaria exhibent cornuta. Præbent huiusmodi Numismata spectanda *Oudanius* Tab. 64. 75. *Guilh. Choulius* de Relig. Vet. Rom. p. 65. & alii.

Inpri-

Inprimis autem ara pacis cornibus huiusmodi conſpicua eſt apud Choulium l. c. nec non Criſpinæ apud *Vaillantium* P. II. Numiſm. Imper. p. 200. Quamvis itaque cornua in gentilium aris concedam, non tamen ſequor ducem *H. Grotium*, aſſerentem cornibus ararum apud Gentiles Deorum nomina inſculpta fuiſſe, evincere id quidem conatur e Ierem. XVII. 1. & Act. XVII. 23 Ita enim in notis ad Ierem. XVII. 1. *In cornibus ararum ſcribi ſolebant Deorum nomina.* Vid. Act. XVII. 23. *Ad eum morem alludens hoc ſignificat, fore ut illis cornibus transfodiantur & peſſime tractentur ob iſta facta.* conf. Pſ. XXII. 21. Neuter vero locorum allatorum Grotio ferr ſuppetias. Ierem. XVII. 1. figurate dicitur peccatum Iudæ ſcriptum ſtylo ferri & ſcalpro lapidis perdiuturni exaratum ad cornua altarium eorum, quia in illis apparuit alienæ religionis nota & victimæ ſceleratæ grave argumentum. Ut enim altarium cornua ſangvine victimarum aſpergebantur Deo ſacrarum, ſic cornua hæc victimarum ſangvine redundabant quas Idolis ſacrificarunt. Vid. *R. Iſ. Abarbanel* in Peruſch al Neviim Acharonim f. CXVII. Piſcator & Belgæ in h. l. Paulus vero Act. XVII. 23. Athenis inſcriptionem in ara quadam non vero in aræ cornibus ſe vidiſſe affirmat. Apud gentiles enim in more erat poſitum nomina Deorum altaribus inſcribere, quibus ſacra fuere, aut eorum inſignia, aliasve notas quibus dignoſci poſſet, cuius in honorem erecta fuerint, ut refert *Ioa. Potterus* in Archæolog. Græca L. II. cap. II. p. 204. 205.

TANTUM.

SPHALMATA.

P. 13. lin. 6. lege L. I. Eleg. IV. P. 28. lin. 21. pro EZECH. lege IOH BAPT. ut & p. 20. l. 32. p. 34 l. 27. lege progredior. P. 37. l. 9. pro Cornibus lege lateribus. p. 41. l. 4. lege Philoſophi. p. 42. l. 15. leg. undiquaque geſſiſſe. p. 71. l. 27. leg. commentantur.

PRÆSTANTISSIMO NOBILISSIMO

DOMINO AUCTORI,

egregie docto,

JACOBUS THOMSON,

à Sacris Aulicis

Ecclesiæ Regiomontanæ Reformatæ Ecclesiastes.

S. P. D.

REs in universo pleræque omnes, adeo sunt comparatæ, ut nudis verborum duntaxat lenociniis, prout pareſt, elocari & commendari minime queant, eisdemque haud dignum pretium constitui prius possit, quam sicubi earundem, reapse, suo usu & sensu fiat periculum & experientia, quo facto nullus tum deinde de earum utilitate ambigendi locus & scrupulus relinquitur. Ciborum condimenta gustu & palato percipiuntur, florum fragrantiam nares subolfaciunt & odorantur, sonorum varietas & oblectatio auribus omnium optime accipiuntur, majorque singulis habetur fides, ubi ad persvasionem ipsa accedit sensuum contrecta-

tractatio, hoc enim pacto verba rebus, fides scientia commutantur, animoque longe certior rerum, extra se positarum, stat & ingeritur conscientia.

Idem illud & Philologiæ, Scientiarum omnium promæ condæ, evenire videtur, quæ quantumvis universæ literaturæ operam det potissimam, multasque secum ferat commoditates, omne tamen punctum neutiquam ferre intelligitur; ab his summis oneratur laudibus & encomiis, contra ea ab illis prorsus elevatur & exigitur neque obtrectationibus amovendis par & idonea, quinimo tum, cum sola verborum acie decertatur & decernitur, forte succubitura, nisi si eandem propria firmet & sustentet intelligentia; quæ vero semel vel primis, ut ajunt, delibata labris suo sese cultori facile probaverit & commendaverit, hac enim via scilicet cum memoriæ facultas rerum gestarum, rituum tum vetustissimis tum recentioribus augetur & exornatur imaginibus; tum etiam intellectus & ingenii vis & contentio Sapientiâ veterum monumentis recondita, exindeque arcessendâ immensum augescit, & extremum perficitur.

Id quod de universa Philologia græcâ latinâque affirmari potest, quam utramque a rationibus Theologiæ Studiosi minime alienam putaverim, satisque pie hoc Theologum agere, in eoque suam operam, commode locare, ut ore & calamo Romanorum, in iisque elegantiorum Comicorum primorum lin-

gvæ Latinæ auctorum in stylo leporem & facundiam pro re nata promptius imitetur, qua in re antiquæ Ecclesiæ Christianæ antistites: Lactantios, Minutios felices, Arnobios auctores habet, nec recentiorum exemplis hanc in rem destituitur; ita eademque Theologo id negotii datum esse videtur, ut mentem Græcorum & Latinorum Scriptis codici Sacro penitius literam & sensum indagando, adprime utilibus, dedita opera imbuat, genioque suo Sacrarum literarum adyta petendi & adeundi cupido ultrò indulgeat.

Præcipua vero opera sumitur in illo genere Philologiæ quæ primas in Theologia tenet ambitque partes, Hebræaque audit, cujus palmariam in rebus Theologicis utilitatem prolixius ire collaudatum, actum agere videremur, operaque nequicquam abuti quam subinde ut magnorum ita bene multorum virorum huic disciplinæ commendandæ, & solers & exoptata dedit & navavit industria.

Ne qua igitur nostra hæc sibi positos fines excesserit Epistola, en ecce opportune nobis tete offers, Præstantissime, ornatissime hujus dissertationis de Cornibus Auctor egregie docte, hoc tu cornu fœnum geris, hoc tu graviter Philologiæ Hebrææ ignaros itidemque osores petis & saucias, eademque hujus artis, quam tute deperis, cultores validiore munis & asseris præsidio. Ut autem hac re æqvam apud

Philo

Philologos inibis gratiam, ita non minus Nomini tuo, inter eruditos sat claro singularem eoque majorem conciliabis & parabis famam, quod haud vulgarem disputationi rem meditandam ceperis, crambenque ad nauseam recoquere volueris, sed novam & singularem vel lynceis eruditorum haud visam expiscari, insistere, & in lucem protrahere sustinueris, idque ea arte & industria, ut te per ætatem juvenem ingenio virum egregie ostenderis.

Quæ totius Philologiæ est, hanc eandem etiam huic tuæ diatribæ præfixisti metam, in qua res omnis eo redit, ut Scripturæ quædam loca obscuriora tua industria evadant clariora. Interea loci Mosen ulciscaris & vindicas, eundemque sive Pictorum inscitia, sive quidvis auderi potestate binis cornibus frontem deformatum restituis, eundemque radiorum serto, quæ tua est singularis opinio, sistis venustiorem. Quapropter utut hæc materia de cornibus prima fronte succi seu utilitatis expers videatur, nec tamen te quisquam ideo adagio Rabbinorum חולד קרנות ardelionem temere appellaverit. Digna enim hæc materia, cui operam impenderis, eo magis industriam & arduam, quod non tantum leviora Rabbinorum scripta, verum etiam difficiliores saltus Talmudis perreptare & superare necesse habueris. Hâc Zonâ solidioris Philologiæ præcinctus, optimoque hoc almæ tuæ dives patrimonio, jam non temere peregre concedis, fœnori

32. 31. 3. 0. 29. 27. 23.

nori videlicet quæ tecum portas omnia daturus, quapropter ad ea loca, quæ ut aliis ita hujus generis affatim abundant divitiis, teque ditare & beare queunt, pergis & contendis. Petis Belgium, vela tendis in Angliam, transis Germaniam undequaque ingenii opes conquisiturus, neque te spes tua frustrabitur, quin onustus earumque dives exinde redeas, ubi quo cæpisti pede, eodem gnaviter perrexeris.

Cœpta igitur bonis avibus persequere, visam pedum viam insiste, nomenque illud, quô gaudes, clarum, benefactis in diem redde illustrius; hæc vero universa tibi ut obtingant ex animi sententia, adjunge scientiæ pietatem comitem individuam, idque age, ut DEO propitio scientia & pietas paribus mentis viribus accrescant, intellectus rerum ut imbuatur cognitione, voluntas erga DEUM cognitum ut summum bonum feratur, & fervidô, prout æqvum est, accendatur amore, quem ut benefacta consequantur & exprimant curæ & cordi cujusvis sit, necesse est, qui non tantum nomine sed ipsa re Theologus vult perhiberi. Hoc igitur pacto & majori Ecclesiæ olim emolumento & ornamento & tuæ Salutis commodo ætatem ut agas & exigas voveo & exopto. Vale & me ama.

Dabam Regiomonti die 1. Octobr.
Anno MDCCXIV.

:)o(:

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0089
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82936594X/phys_0092
DFG

e synedrii, datis adhuc Sacerdo-
isque stationariis quibusdam a
, in tempore tandem fuit sopi-

שלטי Cap. 18. & 19. tot. quæ unde hau-
adhuc nobis investigare haut licuit.

§. 19.

Mystica rituum explicatio Judæis usitata.

ula veteris pacti *sacrificia, imo sin-*
& vestes, Aaron & totus Leviti
spiraverunt sacramenta, ut recte
autoritate subnixus divi *Pauli*
c Custodia Templi, tot sanctioni-
io ordinata, sua caruit ratione
imæque rei umbra fuit. Et ex-
sos Judæos, terræ licet, terre-
iis cogitationibus affixos, qui sic
cerimonias sacras, minutissimas-
n & rituum, locorum & tempo-
t rationes, & *Philo* (c) est testis, &
historia: nisi quod suæ imagina-
ero magis, quam divinæ menti
. Totum certe Tabernaculum, o-
asa typum continuisse & similitu-
rerum, satis pro sui acumine in-
Don Isaac Abarbenel, cujus sequen-

רחוק הוא שנאמין שלא היה בזה משל:
ורמז כלל לדבר אחר לפי שהיות על האדו
ילדים קטנים זכר ונקבה והיות להם בנפי
מנורת זהב כולה ושבעה נרחיה עליה ובי
מתחלפים גביעים כפתורים ופרחים וכן
משוקדים